UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL

BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Codicis Dn. Ivstiniani Sacratissimi Principis P.P. Avg. Repetitæ prælectionis Libri XII

### Justinian <I., Byzantinisches Reich, Kaiser>

### Francofurti ad Moenum, M D LXXXVII.

Collatio II.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1733

Visual Library

ſi ſubdiaconus aut forte lector fiat aliquis, hunc relinquere priſtinum ſchema, & ad alteram migrare vitam: ſcientem, quia ſi tale aliquid egerit, (ſecundum quod à nobis iam ſancitum eſt) aut in curiam cum ſubſtãtia, aut ſub inopia degens ad officialem deponetur fortunam.

## TERTIA PARS LEGIS.

### De expenſis eccleſiarum, & clericorum multitudine non facienda.

### Cap. VIII.

SEd neque effuſas[a] competit fieri de cætero reuerendiſſimorum clericorum ordinationes. quod enim hactenus geſtum eſt, licet corrigi oporteret, attamen propter tempus ſinimus: de cætero autem non propter hoc fieri, neque ad damnum ſanctiſſimarum eccleſiarum venire ſancimus. Quæcunq; igitur oportebat de tali modo in ſanctiſſima maiore eccleſia huius noſtræ regiæ ciuitatis, & ſub ea conſtitutis ſanctiſſimis eccleſijs, & alijs quæ hic ſunt, fieri, hac ſpeciali lege complexi ſumus. In omnibus autẽ quæ foris ſunt locis, ſancimus, ſi quis cum conſtituerit ab initio & ædificauerit eccleſiam, definiuit ordinationum menſuram, tanquam ſecundum eam expenſas conſtituens: non prius ordinari quemquam in eadem eccleſia, ñiſi ad[b] numerum à principio definitum eius menſura redigatur. Si verò hoc non fecerit, ipſa verò ciuitatis eccleſia miniſtrat emolumenta & ſibi & alijs eccleſijs: tunc non promptum ſit augere illi clericos, neque propter aliquas forte compaſſiones aut beneficia ex hoc eam ſumptibus[c] prægrauare: (non ſunt enim hæc pia neque ſacerdotibus digna) ſed ex quibus Dominus dederit Deus, ex ijs quæ poſſibilia ſunt adminiſtrare, aut antiquam[d] conſeruare conſuetudinem, nihil penitus innouantem. Vnde competit Deo amabiles patriarchas & metropolitas huius habere prouidentiam: & eos quidem qui hactenus ſunt, ſinere in ſchemate in quo ſunt clericos: metiri verò vniuſcuiuſque eccleſiæ virtutem: & ita ipſos quoque ſanctiſſimos patriarchas ſub ſe conſtitutas eccleſias ordinare, & metropolitas hoc ipſum à ſanctiſſimis patriarchis commonitos facere, illos autem alios omnes ſub ſe poſitos epiſcopos ad menſuram hanc deducere: & ſtudere non[e] vltra expenſas facere clericorum ordinationes. ſcimus enim quantæ ſanctiſſimæ eccleſiæ propter hanc ordinationem, & alterius expenſæ effuſionem, inopes factæ ſunt. Et quia aliquas earum, vix quidem, tamen liberauimus: quædam verò adhuc oneratæ iacent, ex tali releuari anguſtia non valentes: ideo hoc prouideant ſanctiſſimi patriarchæ & metropolitæ, & reliqui Deo amabiles epiſcopi, vt & nos quæ ab eis aguntur diſcentes, approbemus eos qui noſtram legem in literis poſitam, apud ſemetipſos oſtenderunt operibus adimpleri.

[a] *Nouell.* 16.
[b] *adde Nou.* 3.
[c] *adde l.* 38. *ff. de rei vindic.*
[d] Impenſæ non ſunt improbabiles, quæ fiunt ex cõſuetudine.
[e] *v. d. Nouell.* 3. Ex hoc loco videtur cõſtare, Iuſtiniani tẽpore ſingulis clericis non fuiſſe adſignata ſtatalati fũdia aut certos añuos reditus, ſed eos de manu epiſcopi, aut ſimilis perſonę, accepiſſe.

### EPILOGVS.

¶ Quæ igitur à nobis ſancita ſunt, & ſacrum ordinem ſtatumque cuſtodiunt ſecundum ſacrarum regularum obſeruationem & virtutem, de cætero conſeruent perpetuo integra & ſanctiſſimi patriarchæ vniuſcuiuſq; diœceſis, & Deo amabiles metropolitæ, & reliqui reuerendiſſimi epiſcopi atque clerici, vbique Dei culturam & ſacram diſciplinam cuſtodientes inuiolatam, pœna imminente hæc præuaricanti, quo penitus alienus ſit à Deo, & impoſito ſibi ſacerdotij ordine. nam velut indignus hoc excluditur. Licentiam verò vniuerſis[a] damus, cuiuſcunque ſint officij vel conuerſationis, reſpicientibus aliquid horum præuaricari, nuntiare nobis, & ad imperium quod ſemper eſt: vt nos qui hæc ſecundum ſacrarum regularum explanationem apoſtolicamque traditionem conſtituimus, decentem etiam indignationem præuaricantibus inferamus: etiam his videlicet quæ ſancita ſunt à nobis de hæreditatibus Deo amabilium epiſcoporum, cuſtodiendis. 1 ¶ Sanctiſſimi ſiquidem patriarchæ vniuſcuiuſque diœceſis hæc proponant in eccleſijs ſub ſe conſtitutis: & manifeſta faciant Deo amabilibus metropolitis quæ à nobis conſtituta ſunt. Illi quoque rurſus etiam ipſi proponant ea in metropolitana ſanctiſſima eccleſia: & conſtitutis ſub[b] ſe epiſcopis hæc manifeſta faciant. illorum verò ſinguli in propria eccleſia hæc proponant: vt nullus noſtræ reipublicæ ignoret quæ à nobis ad honorem & ad augmentum magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti diſpoſita ſunt. Inſuper ſequens hæc tua ſanctitas omnibus qui ſub ea ſunt metropolitis ſanctiſſimis hæc faciat manifeſta vniuerſo tempore contrahenda. 2. ¶ Scripta exemplaria[c] ſanctiſſ. Archiepiſcop. Alexandriæ Epiphanio: ſanctiſſimo archiepiſcopo Theopolitano[d]: ſcripta exemplaria Petro ſanctiſ. epiſc. Hieroſolymorum: ſcripta exemplaria Ioanni viro glorioſiſſimo pręfecto ſacrorum prætoriorum ſecundo exconſuli, & patricio: ‖ Dominico glorioſiſſ. præfecto prætorio Illyrici. ‖ *Cui etiam hoc adiectum eſt:*

*Et tua quoq; celſitudo hæc ſciens, vna cum ſemper ſuſceptis ſedem tuam hæc ſeruare feſtinet: & ſi denuntiatum fuerit aliquod tale edictum, prohibeat, & maximè quæcunque in ordinationibus curialium vel officialium interdicta ſunt. Nuntiet autem etiam nobis: vt decens ſuper eis imponatur correctio. Vtatur quoque præceptis ad clariſſimos prouinciarum iudices: vt & ipſi quæ fiunt inſpicientes, non permittant aliquid extra hoc quod à nobis conſtitutum eſt, fieri. imminebit enim eis pœna quinque librarum auri, ſi quidem & ipſi præuaricari videntes non denuntiauerint aut ſedi tuæ, aut imperio: vt vndique decens ornatus ordinationis gradui conſeruetur. Scripta cum adiectione, Dominico PP. Myrici.*

[a] Delicta clericorum popularia.
[b] Cura epiſcorum ad metropolitanos ſpectat.
[c] Moris erat, huiuſmodi exempla trãſmitti ad alios epiſcopos, *l.* 6. *in fine C. de ſumma trinitate.*
[d] A Theopoli dicitur. Theopolis, olim Antiochia *Nouell.* 42. *c.* 1. *dixi ad l.* 6. *in fin. Cod. de ſumma trinitate.*

# COLLATIO SECVNDA.

## DE NON ALIENANDIS[a] AVT PERMVTANDIS REBVS[b] ECCLESIASTICIS IMMOBILIBVS, aut in ſpecialem hypothecam dandis creditoribus, ſed ſufficere generales hypothecas.

### TITVLVS PRIMVS.

### NOVELLA CONSTITVT. VII.

[a] *v. Iulianum Patriciũ conſtit.* 7. De forma obſeruãda in alienandis rebus eccleſiaſticis: *v. prohemiũ conſtit. gloſſ.* 5. *nu.* 5. *& ſequentibus.*
[b] fructuoſis præſertim. αὐτουργιῶν n. prędiorum alienatio prohibita. *Nouell.* 2. *cap.* 12. Αὐτουργιῶν nomine, intellige prædia, quæ ſua ſpõte fructus ferũt, vt ſunt prata, ſalicta, & his ſimilia. & breuiter. πάντα ἀπρόσοδα.

Imp. Iuſti-

Imp. Iuſtinianus Aug. Epiphanio ſanctiſſ. & beatiſſ. archi-epiſcopo felicis huius ciuitatis, & œcumenico patriarchæ [& patriarchæ Conſtantinopolitano.]

VNAM intentionem hanc ſemper proponimus, omne quicquid prius imperfectum aut confuſum [a] videbatur, hoc & expurgare, & perfectum ex imperfecto declarare. quod etiam in omni legiſlatione facientes, credimus oportere & in alienationibus quæ fiunt ſuper ſacris rebus, vna complecti lege; quæ priores omnes & renouet [b] & emendet: & quod deeſt, adijciat: & quod ſuperfluum eſt, abſcindat. A Leone ſi quidem bonę memorię (qui poſt Conſtantinum pię memoriæ, Chriſtianę fidei inter imperatores principatum auxit, & conſtituit ſacrarum eccleſiarum honorem & diſciplinam) ſcripta lex [c] eſt de alienationibus eccleſiaſticis, concluſa in ſola huius feliciſſimę ciuitatis ſanctiſſima maiore eccleſia. Et laudamus plurima huius legis, cum omni vehementia & Dei cultura poſita: ſed eo quòd non generaliter poſita ſit in omnibus, egere etiam eam quadam correctione credimus. Ab Anaſtaſio quoque piæ memoriæ ſcripta quædam de talibus lex [d] eſt, nec ſimilis priori, & omnino minus habens. Effuſa namque & per loca foris poſita, nihilo minus manſit imperfecta, eo ꝙ ad ſolum ſacerdotium & diœceſim reſpiciat conſtitutam ſub beatiſſimo patriarcha huius regiæ & feliciſſimæ ciuitatis: alias autem non perſcrutata ſedes: cùm vtique dignam correctione eſſe eam arbitrabatur: propter quam occaſionem alia quidem corrigebat, alia verò incompoſita relinquebat. Quamobrem eam quoque vacare de cætero ſancimus, vtpote imperfectam, & loco circunclusam, & non generalem inter leges exiſtentem, neque aliquid ſtudioſum [e] introducentem. Hæc ergo nos omnia emendantes, vnam exiſtimamus oportere legiſlationem imponere omnibus ſanctiſſimarum eccleſiarum, xenodochiorum [f], & noſocomiorum [g], & monaſteriorum, & brephotrophiorum [h], & gerontocomiorum [i], & totius ſacrati collegij rebus, & hanc legem Leonis piæ memoriæ, conſtitutioni adijcere: prius breuiter eius legiſlationem exponentes: ſicque omne quod reliquum eſt, intexentes. Vult [k] enim illa neque Deo amabilem archiepiſcopum & patriarcham huius feliciſſimæ ciuitatis, ſeu ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ, neque œconomum vendere, aut donare, aut aliter alienare rem immobilem, domum forſan, aut agrum, aut colonum, aut mancipia ruſtica, aut ciuiles annonas, (nam & hæc inter [l] immobilia ſunt numeranda) quæ competunt Conſtantinopolitanæ ſanctiſſimæ maiori eccleſiæ: ſed neque pro vlla [m] compēſatione aut alia qualibet circumuentione tale aliquid agi: & interminatur [n] emptori quidem rei reſtitutionem, vt reddat per tempora œconomo rerum ſanctiſſimæ eccleſiæ rem quam ipſe perceperit, cum omni medij temporis fructu, & alijs lucris: caſu imminente pretiorum ei qui tale aliquid accipere aut comparare præſumpſerit: cum etiam hoc quidem quod contra leges actum eſt, ita ponat ac ſi neque à principio geſtum ſit. Oeconomum [o] verò hæc præuaricantem, dare quidem de ſuo ſanctiſſimæ eccleſię iubet omne quicquid ex ea cauſa lucratus eſt, aut ſanctiſſimam eccleſiam damnificauit. Super hoc autem etiam excludit eum officio œconomi: & dat actionem ſanctiſſimæ eccleſiæ non contra ſolos Deo amabiles œconomos, ſed etiam contra ſucceſſores eorum: ſiue ipſi hoc alienauerint, ſiue pro tempore Deo amabilem epiſcopū aut aliquem aliorum clericorum videntes alienantem, taciturnitate degeneri & ſine libertate, paſſi ſunt: & multo potius ſi conſentientes & videntes tale aliquid permiſerunt, & non cauſam prohibuerunt: Ad hoc autem & tabellionem [p] qui talia confecit inſtrumenta, perpetuo tradet exilio: nullam ei clementiam neque reuerſionem participans, ipſos quoque maximos [q] iudices qui ad hæc accedunt, & miniſtrant talibus cauſis, aut confici apud ſemetipſos monumenta pro confirmatione talium donationum aut aliorum actuum patiuntur: & cingulo & dignitate & ſubſtantia interminatur excludere. Hoc igitur increpans vehementer, permittit [r] rei eccleſiaſticæ vſum, aut qui vocatur vſusfructus, ſub certo quodam tempore, aut etiam vſque ad vitam percipientis dare ſanctiſſimam maiorem eccleſiam, ſub hac tamen definitione, vt is qui accepit munificentiam, eiuſdem quantitatis recompenſet rem ſanctiſſimæ maiori eccleſiæ ſub proprietatis ratione, ex qua poſſet eundem reditum ſanctiſſima eccleſia habere quantum ille ex vſu accepit: poſt percipientis vtique mortem, aut definitum tempus, vſu videlicet & vſufructu dato eccleſiaſticæ rei ad ſanctiſſimam maiorem eccleſiam redeunte, & vſu donatæ rei cum proprietate ſanctiſſimæ eccleſiæ faciendo. talem namque contractum ſine periculo eſſe ponit lex. Si verò minus fuerit quàm quod datur à ſanctiſſima eccleſia, illud quod compenſatur ei, cuius mox quidem percipiet proprietatem, ſperat autem & vſum accipere, infirmum contractum & pro non facto ponit: dátque licentiam vindicationis, vtpote circumuentione contra ius ſanctiſſimæ eccleſiæ facta. 1 ¶ Lex itaque talia ſub breuitate decernit. & mulctam imponit & vſque ad res ſanctiſſimæ eccleſiæ ſtat ſolummodo: & omnem quidem perimit circumuentionem quam prædiximus: non tamen retinere calliditatem poſtea inſurgentium valuit. Quidam enim dudum hoc quod vocatur colonarium ius [colonarium [a] ius eſt, veluti ſi domum valentem centum ſolidos, & præſtantem penſionem decem ſolidorum, accipiat quis ab eccleſia, & det pro ea ſolidos centū, ſeu amplius, aut certè minus: & quaſi iam de proprio adgrauet [b] ſe dare ſingulis annis quaſi penſionis nomine ſolidos tres. iſte autem appellatur parœcus [c], ſed ipſam domum ſub tam parua penſione in perpetuum & ipſe & hæredes eius poſſidebant] adinuenientes, neque noſtris legibus, neque alij cuiquā omnium notum, circumuentionem non paruam meditati ſunt contra legem, perpetuas penè cogitantes alienationes, quod nos de cætero agi prohibemus, & pro eo ipſo conſcripſimus legem. Dudum autem & ad emphyteuſim reſpexerunt, & imminuerunt plurimam quantitatem veri reditus illis qui emphyteuſim accipiunt, præſtantes hi qui rebus pridem ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ præſidebant. Ideóque nos in quadam conſtitutionum noſtrarum definiuimus quidem vſque ad perſonas tres [d] emphyteuſim fieri, accipientis, & duorum ſucceſſorum aliorum: hoc etiam ſuper rebus ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ fieri permittimus: non autem vltra ſextam partem releuari emphyteuſim percipientibus propter fortuitos caſus ſancientes. Quia verò didicimus ſic effuſe & impiè ab aliquibus fieri documenta, vt neq; ſexta relinquatur ſanctiſsimæ eccleſiæ pars, reliquis omnibus emphyteuſim accipientibus donatis: Anaſtaſius autem piæ memoriæ geſta monumentorum conſtituens fieri ſuper alienationibus, ſicut etiam huius rei fieret tempus, & emphyteuſim ſtatuens, ſine geſtis quidem vſque ad ſolam vitam accipientis emphyteuſim: cum geſtis autem, in perpetuum eam extendens, neque perfectam fecit, neque vtilem legem, & vndique imperfectā, vſque ad ſolam diœceſim patriarchicæ ſedis huius fœlicisſimæ ciuitatis (ſicut prædiximus) legiſlationem ſtatuens.

[a] Munus optimum legiſlatorum.

[b] Nouellarū enim conſtitutionum is effectus eſt.

[c] l. 14. C. de ſacroſ. eccleſ.

[d] l. 17. C. de ſacroſ. eccleſ.

[e] vtile.

[f] locus eſt, quo peregrini ſuſcipiuntur *Iul. hic.*

[g] locus eſt, in quo homines ægroti curantur *Iul. hic.*

[h] loc⁹, in quo infantes alūtur *Iul. ibid.*

[i] Locus, in quo pauperes, & ꝓpter ſenectutē ſolam infirmi homines curantur *Iul. ib.*

[k] *Epitome l. 14. C. de ſacr. eccleſ.*

[l] Ciuiles annonæ, inter immobilia numerantur.

[m] ἐπ' ἀντιδώρῳ, i. remunerandi gratia, vt *Nouel.* 120. Huiuſmodi ἀντίδωρα generaliter inhibentur, licèt naturaliter debeantur, & mercedes ſint potius, ꝗ liberalitates.

[n] *d. l. 14. §. 1.*

[o] *d. l. 14. §. 2.*

[p] *d. l. 14. §. 3.*

[q] *d. l. 14. §. 4.*

[r] *d. l. 14. §. 5.*

*[illegible] vlt.*

[a] Colonariū i. παροικικὸν de quo dixi *ad l. 24. §. 1. C. de ſacr. eccleſ.*

[b] ſenſus eſt, Libellarium contractū fieri certo pretio numerato, & eo amplius certa penſione in annos ſingulos.

[c] v. *Alciat. 1. prætermiſſ.*

[d] *adde l. 24. inf. C. de ſac. eccleſ.*

## De rebus ad venerabilia loca pertinentibus non alienandis.

### Cap. I.

NOs igitur (iam enim ad legem veniendum eſt) ſancimus, neque ſanctiſsimam huius fœlicisſimæ ciuitatis maiorem eccleſiam, neque [e] ſub ea conſtitutas eccleſias, quarum ipſa prerogationem ſuſcepit; (ſicut eam Anaſtaſius piæ memoriæ interpretatus eſt) neque alias omnes eccleſias in hac fœlicisſima exiſtentes ciuitate, aut circa eius confinia, neque ſub patriarchica ſede huius fœlicisſimæ ciuitatis conſtitutas, quarum metropolitas ipſe ordinat, neque alium vllum vndique patriarcham, neque epiſcopum (dicimus autem & eos qui in Oriente, & qui in Illyrico, inſuper & in Aegypto & in Lycaonia atque in Lycia, & eos qui in Aphricana prouincia ſunt, & complexiuè dicendo, per omnes quæcunque noſtræ ſunt terrę, nécnon in occidente ſunt Deo amabiles epiſcopos ab ipſa ſeniori [f] Roma vſque ad Oceanū conſiſtentium ſanctiſsimarum orthodoxarum eccleſiarum) neque aliquem xenodochum, aut ptochotrophū, aut noſocomum, aut orphanotrophum, aut brephotrophum, aut gerontocomum, aut monaſterij virorum vel mulierum abbatem vel abbatiſſam, aut quemlibet omnino præſidentem venerabilibus collegijs, licentiam habere alienare [g] rem immobilem, aut in domibus, aut in agris, aut in hortis, aut omnino in huiuſmodi, neq; ruſticum mancipium, neque ciuilem annonam: nec per ſpecialis pignoris occaſionem tradere creditoribus. Alienationis autem nomen generalius ideo poſuimus, vt prohibeamus & venditionem [h] & donationem & commutationem & in perpetuum [i] extenſam emphyteuſim, quæ

[e] Hæc Nouella, eò amplior eſt lege Anaſtaſij 14. *C. de ſacr. eccleſ.*

[f] Senior Roma, Italiæ: Noua Roma, Conſtantinopolis.

[g] Res eccleſiaſticæ immobiles & quaſi immobiles alienari non poſſunt.

[h] Alienatiōis verbo, venditio, donatio, perpetua emphyteuſis intelligitur *l. vlt. C. de reb. alien.*

[i] Res eccleſiaſticæ, in perpetuam emphyteuſim dari non poſſunt *vt hic.*

non procul ab alienatione conſiſtit. Sed omnes vbique ſacerdotes ab huiuſmodi alienatione prohibemus, ſubditos pœnis quibus Leonis piæ memoriæ vſa eſt conſtitutio [a]. Illam namque per omnia valere & ratam eſſe ſancimus. propterea hanc propoſuimus & protulimus, & non paterna [b] voce legem cōſcripſimus, ſed hac communi & Græca, vt omnibus ſit nota propter facilē interpretationem. Quòd itaq; iam præteriit [c], relinquimus. nam [d] tanta documenta tempore longo facta nunc commouere, multæ erit tergiuerſationis. Quapropter quæ vſque huc hactenus extant, proprium habeant ſchema: de cætero autem omnem alienationem interdicimus, prædictas eis pœnas imponentes.

De principe qui rem immobilem venerabili loco dederit.

CAP. II.

VT autem lex ad humanæ naturæ varietatē, & quod ſemper venit, moderata, per omnia immota permaneat, (quid enim erit ſtabile [e] inter homines & ita immobile vt nullam patiatur mutationem: cùm omnis noſter ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtat?) neceſſarium exiſtimauimus quaſdā exceptiones dare legi cum multis vigiliis & ſubtilitate adinuentas: vt eas habens in auxilio lex nequaquam moueatur. 1 ¶ Sinimus [f] igitur imperio, ſi qua communis commoditas eſt, & ad vtilitatem reipublicæ reſpiciens, & poſſeſſionem exigens talis alicuius immobilis rei, qualē propoſuimus: hoc ei à ſanctiſſimis eccleſiis & reliquis venerabilibus domibus & collegiis percipere licere, vndiq; ſacris domibus indemnitate ſeruata: & recompenſanda re eis ab eo qui percepit, æqua aut etiam maiore [g] quàm data eſt. Quid enim [h] cauſetur Imperator ne meliora det? cui plurima dedit Deus habere, & multorum dominum eſſe, & facilè dare, & maximè in ſanctiſſimis eccleſiis, in quibus optima menſura eſt donatarum eis rerum immenſitas. Vnde ſi quid tale fiat, & pragmatica pręceſſerit forma præcipiens imperio dare aliquid talium rerum, & recompenſauerit mox rem meliorem & vberiorē & vtiliorem [i]: ſit ea permutatio firma: & ij qui præſident domibus quarum eſt quod alienatur, & qui talibus adminiſtrant literis, ſine querela vndique ſint, nullam metuentes pœnarum quæ à Leone piæ memoriæ interminantur, & à nobis firmatæ ſunt: vtique cùm nec [k] multum differant ab alterutro ſacerdotium & imperium, & res ſacræ à communibus & publicis: quando omnis ſanctiſſimis eccleſiis abundantia & ſtatus ex imperialibus munificētiis perpetuò præbeatur. Alterutris itaque compenſantes quæ decet, non ab aliquibus iure culpabuntur. Aliam verò omnem ſiue ad imperium ipſum, ſiue ad aliam quamcunque perſonam factam ſiue venditionem, ſiue donationem, ſiue permutationem, ſiue emphyteuſim perpetuam omnino perimimus, ſed neque dationem cuiuſdam pignoris in re immobili factam occaſione mutuorum fieri ſinimus. Et hęc valere volumus in omni eccleſia, omniq; monaſterio, & noſocomio, & xenodochio, & brephotrophio, & aſceterio & gerontocomio, & omni abſolutè collegio quod actio pia conſtituit, nullo penitus horum aliquid accipere ab eis valente. Vnde neque conſtitutione Anaſtaſij diuæ memoriæ vlterius opus erit, neque ſecundum illam facienda decreta memoratæ obſeruationis. ipſa enim rei principia perimentes, & prohibentes quod ſit, nequaquam perſcrutatione deinceps indigebimus.

Quomodo emphyteuſis eccleſiaſticarum rerum contrahi permittitur.

CAP. III.

EMphyteuſim autem ſiue in ſanctiſſima maiore eccleſia, ſiue in omnibus reliquis adorandis domibus fieri ſinimus, & in accipientis perſona, & in [m] duobus eiuſdem perſonæ hæredibus deinceps, filiis tantùm ſolis maſculis, aut fœminis, aut nepotibus vtriuſque naturæ, aut vxore, aut viro, ſi [n] hoc videlicet de vxore aut viro expreſſim nominetur, alioqui non tranſire ad aliquem alterum [o] hæredem: ſed vſque ad ſo-

[a] l. 14. C. de ſacroſ. eccleſ.
[b] i. Romana. V. Nouell. 69.
[c] V. l. 7. C. de legibus.
[d] Cur leges ad præteritū tempus non extendātur.
[e] Inter homines, nihil ſtabile aut immutabile.
[f] hinc ſumpta eſt Authētica, ſed & permutare, Cod. de ſacro. eccl. adde Nouel. 120. c. 1.
[g] minore nūquam, ne Eccleſia in dāno verſetur.
[h] hinc colligunt, Cōſtantini, vt vulgò vocant, donationem validam eſſe: nulloq; ꝑtextu leſionis ab eius ſucceſſoribus poſſe reuocari.
[i] non deteriorem. Alioquin eccleſia poteſt reſtitui aduerſus huiuſmodi permutationem, Vt hic.
[k] Non multum differūt ab inuicē ſacerdotiū & imperiū: vt res ſacræ à publicis.
[l] quid in nō perpetua? dic Vt c. 3. ꝟ. eod.
[m] Emphyteuſis nō eſt perpetua, quæ ad duos tantum hæredes ſuosq; accipiētis deſcendit. Nou. 120. c. 1.
[n] Neque vir in emphyteuſim eccleſiaſticam vxori datam ſuccedit, neque vxor in mariti, niſi hoc ex preſsè conuenerit.

[o] Emphyteuſis eccleſiaſtica ad hæredes extraneos non deſcendit. Rolandus tamen à Valle 1. *conſil.* 96. *num.* 20. ex communi opinione, refert ad extraneos deferri, ſi per Prælatum & capitulum facta ſit cum debita ſolemnitate. *cap. Nulli de rebus epiſcop. alienand. cap.* 1. *eodem titulo in* 6. maximè, ſi in conceſſione huiuſmodi emphyteuſeos, reperiatur verbum *Quibuſcunque*, vel ſimile. Nouum non eſſe, vt in emphyteuſi admittantur pacta extranea & diuerſa à natura ipſius *num.* 45. 46.

lam [a] vitam percipientium ſtandū, niſi filios aut nepotes habuerint. Aliter autem penitus emphyteuſim agi eccleſiaſticæ cuiuſdam aut ptochij rei immobilis, aut mancipij ruſtici, & ciuilis annonæ nullo permittimus modo: neq; quod ſit habere aliquod penitus robur ſinimus.

1 ¶ Quia [b] verò Leonis quidem piæ memoriæ conſtitutio ſub nulla penitus diminutione dari rem eccleſiaſticam ſanciuit: nos autem in alia cōſtitutione à nobis ſcripta ſextā excipi ſolùm ſuper emphyteuſim, ſanciuimus: huiuſmodi quendam diminutionis rei damus ordinem, vt quæratur cum omni veritate & ſubtilitate penſio eorum quæ dantur, tanta quanta ab initio fuit, quando ad ſanctiſſimam venit eccleſiam: & detur emphyteuſis talibus perſonis, quales dudum diximus. tunc enim ſextam [c] ei partem cum ſcrupuloſitate imputandam concedimus. Si verò minui contigerit per quandam cladem penſionem, aut in toto: tunc conſtantem penſionem accipiat qui emphyteuſim ſubire vult: aut nec accipiat penitus, cùm liceat conducere potius [e] quàm tales deminutiones in emphyteuſim celebrare. Si verò alicuius eccleſiaſtici prædij ſuburbani [f] emphyteuſis detur: qualia plurima maximè in hac nouimus fœliciſſima conſiſtere ciuitate, multo quidem digna [g] pretio, paruas verò reddentia penſiones, aut nihil penſionum omnino: non ex reditibus metiri emphyteuſim, ſed ęſtimari ſuburbanum ſubtiliter, & reputari ex pretio collecto reditus poſſibiles in viginti annis cōputari: & in reditibus ex hoc computatis agi emphyteuſim, non perpetuo, ſed in eum qui percipit, & duas ex eo ſucceſſiones, & viro & vxori ſicut prædiximus faciendam. 2 ¶ Scire autem emphyteutas conuenit, quia ſi biennio [h] continuo non exoluerint emphyteuticum canonem, (hoc enim tempus pro triennio [i] aliorum hominum ſufficere ad [k] caſum eccleſiaſticarum aut ptochicarum emphyteuſium pro non ſoluto canone ponimus) fient omnino extranei emphyteumatis: & volentibus præpoſitis ſacrarū domuum licebit prædia aut domos defendere, nullam [l] metuentibus meliorationum redditionem. ſed ſi quidem deterius fecerit prædium aut ſuburbanū aut domum, qui emphyteuſim percepit: cogi [m] eum de ſuo diligentiam ac reſtitutionem priſci ſtatus facere, & obligatum eſſe ad hoc ipſum & hæredes [n] eius & ſucceſſores, eiusq; res, inſuper & debitos omnes reditus ſine dilatione exigi. Quod autē dictum eſt à nobis, vt nullius immobilis rei eccleſiaſticæ aut ptochicæ alienatio ſit permiſſa: ad nullam noſtrę reip. perſonā ſancimus valere, nō ſolùm ſuper conſtātibus domib. & ſuburbanis & hortis & agris, ſed etiam ſuper ruinis, ſiue ex igne, ſiue ex terræmotu, ſiue ex alia qualibet cauſa ruina ſit: ſed etiam in iis quæ omnino destructa ſunt, & in pauimento iacent, ſiue etiam in puris ruinis nullū ædificium habentibus, neque materiam iacentem. Non enim in illis alienationem fieri permittimus, niſi in ſola emphyteuſi temporali, ſecundū quod dudum à nobis dictum eſt, & in tribus [o] perſonis talibus quales prædiximus. Vt neque vlla circumſcriptio in rem eccleſiaſticam in talibus fiat: duobus pro tempore primatibus [p] mechanicis, aut architectis, ſiue in hac regia & maxima ciuitate vnà cum Deo amabilibus œconomis, & quinque reuerendiſſimis presbyteris, & duobus diaconis, præſente quoque Deo amabili epiſcopo: ſiue etiam in prouincia duobus inſignibus [q] mechanicis aut architectis, aut etiam vno, (ſi vnum ſolùm ciuitas habeat) interuenientibus in illis locis, ſacroſanctis euāgeliis poſitis definiatur ab architectis quātum competat pro hoc ſolui ſanctiſſimæ eccleſiæ ſecundum modū emphyteuſis: & in his emphyteuticā conſcriptionem in eo celebrari ſecundum figuram prius dictam. Illum verò & ædificare, & vti materiebus, ſi materias habeat, & tranſmittere emphyteuſim vſque ad duas ſucceſſiones: (ſicut dictum eſt) & ſic reuerti poſt trium

[a] Emphyteuſis eccleſiaſtica, vita accipientis finitur: niſi filios aut nepotes reliquerit. Imò in perpetuū dari pōt. *Nou.* 120. *c.* 1. Solue, Reliquis eccleſiis id licet, præterquàm Cōſtantinopolitanæ maiori, & ita in dubio nō præſumitur emphyteuſis eccleſiaſtica in perpetuum data. V. *Alc.* 2. *præſump.* Vlt.
[b] hinc ſumpta eſt Authē tica Perpetua *Cod. de ſacro. eccleſ.*
[c] *l.* 14. *C. de ſacroſ. eccleſ.*
[d] Pręedio eccleſiaſtico aliquantiſper diminuto in reditu pōterit pręediū ſexta minus parte dari in emphyteuſim: ſi enormis diminutio reditus, locabitur.
[e] Pręſtat pręedia eccleſiaſtica clade diminuta locare, quàm, ꝑtextu emphyteuſeos, reditus eorum minuere plus ſexta parte.
[f] proaſtij *Iulian.*
[g] Pręedij vrbani, voluptuarij pręſertim (qualia ſunt prętoria, ſiue ἐπαύλια καὶ προάστεια *l.* 19. *ff. de Verb. ſign.*) magnū poteſt eſſe pretium, vilis reditus.

Huiuſmodi pręedium dari in emphyteuſim poteſt. Quæ tunc ratio inibitur? num reditus, an potius pretij? pretij eiúſque iuſtę æſtimationis. Qua lege? Viceſima pars pretij canonis nomine conſtituetur, vt ſi ſuburbanum fuerit C. canon conſtituatur V. quę ratio, eſt vſurę quincuncis. In pręediis ruſticis non eadem ratio. Nam reſpublicę imponunt agris ſuis vectigal, ſeu mercedem ad rationem vſurę ſemiſſis *l.* 10. *ff. de pollicitatorib*: V. *Cuiac. hic.* [h] Emphyteuticarius, ob ceſſationem biennij, expelli poteſt. [i] *l.* 2. ꝟ. *de iure emphyt.* [k] i. vt cadant, vt minuantur. [l] Emphyteuticarius morator biennij, meliorationes non recuperat. Idem eſt in cauſa priuatorum, ob morā triennij *d. l.* 2. [m] Emphyteuticarius res deterioratas cogitur reſtituere. [n] Actione emphyteuſeos, heredes tenentur. [o] i. vſque ad nepotes. [p] nota de primatibus mechanicorum, vel architectorum. [q] nobilib. *Iulian*,

perſonarum

perſonarum mortem ad ſanctiſſimam eccleſiam, aut venerabilem domum ex qua facta eſt emphyteuſis, & etiam valere talem cõtractum, vtpote præſenti non repugnantem legi. 3 ¶ Neque illud quod hactenus contra tales contractus agebatur, valere permittendum eſt de adiectione [a], vt ſi vel duorum hæredum compleatur tempus, licentia ſit eis qui poſt illum ſunt, in emphyteuſim dare id vnde agitur, & ſemper eos præponi aliis. In hoc enim nihil aliud eſt, quàm per reuolutionem & machinationem perpetuas eis emphyteuſeis, magis autem priuationes eccleſiaſticarum agi rerum. Sed & ſi quid factum eſt tale: nullam neceſſitatem eſſe reuerendiſſimis œconomis duobus hæredibus ceſſantibus, cæteris tradere.

Quomodo vſusfructus rerum ad ſancta loca pertinentium conſtituatur.

CAP. IIII.

SI quis autem voluerit accipere ſecundum rationem vſus [b], aut qui vocatur vſusfructus, rem eccleſiaſticam aut ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ, aut alterius cuiuslibet quæ in omni noſtra ditione ſunt poſitę, aut ptochiorum, omnino percipiat hoc & ſecundum prædictam obſeruationem, & ſecundum formam cõſtitutionis [c] Leonis piæ memoriæ: vt iſte locuples exiſtens, & ſubſtantiæ immobilis dominus, aliã [d] mox rem ſecundũ proprietatis ius compenſet ſanctiſſimæ eccleſiæ, aut venerabili domui, ex qua percepit tantos & tales frequẽtes reditus, quantos aut quales habet. quod datur ita, vt poſt eius obitum eccleſiaſtica aut ptochica res reuertatur ad venerabilem domum cum vſu qui datus eſt, non trãſcendente tempus vitæ percipientis. Accipiat autem ſimiliter etiam rei in compenſationem datæ & vſum: quatenus ſit poſt percipientis obitum, aut tempus in quo donatio vſus conuenit, non tranſcendens videlicet percipientis vitam: vtrumque ex toto, & ſecundum proprietatem, & ſecundum vſum apud ſanctiſſimam eccleſiã remanſurum.

Quibus pœnis ſubiaceant qui alienationes prædictarum rerum fecerint.

CAP. V.

QVia verò Leonis piæ memoriæ conſtitutio pœnas pæne [e] ſolummodo in venditione decreuit, nos autem interdicimus non vẽditiones ſolùm, ſed etiam donationes & permutationes & perpetuas emphyteuſes, & pignorum dationes in rebus immobilibus: videmus autem quoſdam ſic amatores periculi conſtitutos, vt præſumant ad ea quæ interdicta ſunt, accedere, & circumuentionem facere legibus ex voluntate & præſumptione quam habent, & quæ omnibus modis interdicta ſunt, & forſitan deducunt homines ad mortem, qui hoc agunt: propterea neceſſarium exiſtimauimus, in vnoquoq; contractu etiam certã ſtatuere pœnam: his quippe pœnis quæ poſitæ ſunt aduerſus œconomos ex conſtitutione prędicta piæ memoriæ Leonis, ſimiliter & nũc imminentibus œconomo, aut xenodocho, aut noſocomo, aut brephotropho, aut abbati aut abbatiſſæ monaſterij aut aſceterij, ſecundum quod prius diſpoſitum eſt. Si quis igitur emere præſumpſerit rem eccleſiaſticam, aut ptochicam: cadat [f] quidem mox pretio: exigatur autem res quam accepit, cum omni medij temporis incremento: & contra ſanctiſſimam quidem eccleſiã, aut venerabilem domum nullam omnino habeat actionem: contra venerabiles verò œconomos, aut qui omnino vendiderunt, in propriis eorum ſubſtantiis ex contractu habeat actionem: vt metu ſuæ ſubſtantiæ, etſi non propter Dei timorem, tamen ſegniores circa venditionem fiant. 1 ¶ Si quis autem per donationem [g] accipere prę-ſumpſerit rem eccleſiaſticã aut ptochicam: & ipſo quod datum eſt, omnino cadat: & aliud tantundem ex ſua ſubſtantia repenſet ſanctiſſimæ eccleſiæ, aut venerabili domui ex qua hoc ſuſcepit, vt quam niſus eſt agere contra eam nouitatem, hanc ſibimet in propriis exhibens, ſuam ſentiat malignitatem. 2 ¶ Si autem permutatio in quibuſdam perſonis fiat præter [i] ſolum imperium, ſicut prędiximus: & qui permutationẽ accepit, ſubiaceat pœnæ, & datam ſibi rem amittat, & recurrat rurſus hæc ad venerabilem domum vnde progreſſa eſt: & quod pro compenſatione dedit, maneat apud venerabilem domum: & qui acceſſerit ad cauſam legi contrariam, cadat vtroque iuſtè: & ſecundum hoc pœnæ ſubdatur, ſecundum quod & propriis cadet, & quod ſperauit, non acquiſiuit, etiam hic actione ei ſeruata in propria ſubſtantia eorum qui contractum cum eo celebrauerunt.

[a] Emphyteuticarius non poteſt paciſci cum œconomo & epiſcopo, Vt tribus perſonis defunctis, ſequẽtibus liceat ſucceſſoribus emphyteuſeos titulo res Eccleſiaſticas ab eccleſia capere, & aliis perſonis antepo ni *Iulian.*
[b] Vſus vel vſusfructus tẽporalis ceſſio *l.14.§.5.C. de ſacroſ. Eccleſ. Nouel.* 120.*c.* 2.precaria. Ea pmittitur in rebus eccleſiaſticis. fiebat aũt ei ciúſue liberis, qui rẽ ſuã eccleſiæ donaſſet, idque remunerandæ donationis cauſa *c. precariè quæ.2.& Rhemẽſis Synod. c.36.& 37: & Turonẽſis. c.* 51. Id nonnũquã agitur, vt is cui cedi tur vſusfructus certam pẽſionẽ ſiue cẽſum quotannis prꝫſtet *Vt lege Alemanorũ tit.*1. & vt renouetur ſingulis luſtris *c.* 1. *de precariis.* Quid differat à libellaria & emphyteuſi v. Cuia. 1. *feud.* 5. *fol.* 486. Puto tamen hîc agi de vſu & antichreſi rei immobilis tẽporali, hinc inde dato & accepto aliquo inter eccleſiã & priuatũ aliquẽ diuitem. de quo dixi ad d.§.5. idq; ẽt textus hîc innuit, ibi aliã mox rem.
[c] Ea eſt, *lex* 14.§.5.*C.de ſacroſ.Eccleſ.*
[d] Agitur hîc de mutua datione vſufructus.
[e] i. in ſolis venditionib.
[f] Pœna ementis rem eccleſiaſticam immobilem, vetitam alienari.
[g] Pœna donio accipientis rem immobilẽ eccleſiaſticam.
[h] Pœna priuati, ex cauſa permutationis rem eccleſiaſticam accipientis.
[i] Licèt enim imperatori rem immobilem cum eccleſia permutare.

Vt liceat res eccleſiæ generali hypothecæ ſubiicere, non autem ſpeciali.

CAP. VI.

SI autem creditor in pignore [a] corporali elegerit accipere rem immobilem eccleſiaſticam aut ptochicam, in domibus forſan, aut ſuburbanis, aut agris, aut hortis, aut ciuilibus panibus, aut ruſticis mancipiis, & dederit aurum: ab hoc cadat [b] creditor, & habeat lucrum quæ mutuum accepit ſanctiſſima eccleſia, aut venerabilis domus, quod mutuatum eſt aurum: etiam hic contra celebrantem mutuum œconomum, aut xenodochum, aut brephotrophum, aut præſulem monaſterij aut aſceterij, aut aliorum venerabilium collegiorum, creditori actione manente: his omnibus etiam in abbatiſſis muliebrium aſceteriorum aut monaſteriorum valentibus. 1 ¶ Si enim omnino ſanctiſſimis eccleſiis, aut aliis venerabilibus domibus crediti opus fiat, aut in ſolam neceſſariam videlicet & ineuitabilem occaſionẽ, & præter quam non poterit quod imminet, adimpleri: aut in aliam cauſam vtiliſſimam ſanctiſſimæ eccleſiæ conſiſtentem: licebit præpoſitis earum vſq; ad generalem [c] hypothecam ſtare: & nullum ſpeciale pignus creditoribus præbere.

Quibus pœnis ſubiaceant qui perpetuam emphyteuſim contraxerint.

CAP. VII.

SI verò & perpetuam quiſquam emphyteuſim [d] accipere præſumpſerit, quod non † licet, aut temporalem quidem, non tamen ſecundum huius noſtræ legis obſeruationem: etiam ſic cadat quidẽ ab emphyteuſi, & quod datum eſt, maneat apud venerabilem domum. Det autẽ continuò & poſt caſum emphyteumatis, quantum futurus erat ſoluere, ſi ſecundũ legem ſubiiſſet emphyteuſim: nihil apud eum remanente ex rebus [e] pauperũ, quæ fruſtrà per emphyteuſim datæ ſunt. 1 ¶ Hæc igitur omnia cuſtodiantur prædictis ſubiecta pœnis: neque tabellionibus [f] præſumentibus inſtrumentis talibus miniſtrare, ſed metuentibus vſque ad exilium, & vt nunquam reuertantur, nec ſi ſacra hoc præbeat forma: neque iudicib. vel dictare talia inſtrumenta præſumentibus, vel facta ſuſcipere, & geſtis monumentorum ea firmare: ne etiam ipſi & cinguli & dignitatis & ſubſtantiæ caſum ſecundum Leonis conſtitutionem [g] ſuſtineant.

De non alienandis ſacris vaſis.

CAP. VIII.

IIſdem pœnis ſeruandis etiam aduerſus eos qui ſacrata vaſa contra noſtram legem aut pignori dant, aut vendunt, aut conflant propter alienationem. nam & illos æqua aut maiori pœna dignos eſſe ſancimus, quãto etiam circa ſacras res & Deo dicatas præſumpſerunt impiè agere: niſi [h] tamen aliquid tale fiat, quod diximus circa redemptionem captiuorum, vbi animæ hominum liberantur à mortibus & vinculis, inanimatorum [i] venditione vaſorum. Simili quippe obſeruatione & ſuper alienatione ciuilium [k] panum cuſtodienda, ſicut ſæpè diximus: eo quòd tales panes nõ ſolùm in hac feliciſſima ciuitate, ſed etiam in magna Alexandria & in Theopoli eſſe didicimus. forſitan autem tale quid & in aliis prouinciis quibuſdam eſt. Si enim etiam alibi huiuſmodi quædam ſit poſſeſſio; & in illa lex ſeruetur, & ſuam obſeruationem extendat.

De eo qui per pragmaticam rem eccleſiæ comparauerit.

CAP. IX.

QVia verò veriſimile eſt quẽpiam etiam in circumuentionem huius legis tentare pragmaticas [l] noſtras formas accipere tale aliquid ei agere permittentes: & hoc prohibemus in omni perſona maiore vel

[a] σωματικὸν ἐνέχυρον, pign' ſpeciale.
[b] Pœna accipiẽtis pignori ſpeciali rẽ eccleſiaſticã.
[c] Prædia, vaſa, veſtes Eccleſiæ, ſpecialiter pignori non poſſunt obligari ſ. eo. generaliter, poſſunt *Vt hic.* Cur ita? Faciliùs generalis cõceditur hypotheca quàm ſpecialis *l.1.ff.de pignorib.* Specialis obſtringit magis. Nunquã ergo res ſuperiores poterũt pignorari? Imò, certis caſib. poſſunt ẽt vẽdi: putà redimẽdorũ captiuorũ cauſa: qua de re dixi ad *l.21. in f.C.de ſacroſ. eccleſ.*
[d] Pœna accipiẽtis illegitimè, & nõ ſolẽniter, rẽ eccleſiaſticã in emphyteuſim.
† hodiè licèt aliis eccleſiis quàm Conſtantinopolitanæ maiori *Nou.*120.*c.*2.
[e] Bona eccleſiæ, res pauperum.
[f] Pœna tabellionis cõficientis inſtrumentũ vetitũ in rebus Eccleſiaſticis *l.14.§.3 C. de ſacroſ. Eccleſ.*
[g] *i. d.l.*14.
[h] *l.21.in f. C. de ſacro. Eccl.*
[i] Aequũ eſt inanimata vẽdi, vt animæ redimantur.
[k] πολιτικῶν σιτήσεων. Ciuiles panes quid, dicam *C. de annonis ciuilib.*
[l] Ne quidem ex pragmatica forma Principis res eccleſiaſticæ poſſũt alienari.

minore, ſiue in cingulo conſtituta, ſiue horum qui circa nos ſunt, ſiue aliorum quiſpiam inter populos habitantium: & ſancimus nulli penitus licentiam eſſe, talē quempiam pragmaticum proferre typum, neque ex hoc accipere aliquod de ſanctiſſimis eccleſiis compendium, aut monaſteriis, aut ptochiis, aut aliis venerabilibus collegijs, immobilium rerum, ſed & glorioſiſſimo quæſtori [a] pœnam imminere centum librarum auri, ſi quid tale dictauerit: ſimul & ſuſcipientibus inſinuationem [b] talis cuiuſpiā ſacræ formæ glorioſiſſimis iudicibus, aut aliis quibuſdam eandem imminere pœnā: & tabelliones ſuccumbere Leonis piæ memoriæ conſtitutioni, ſi egerint tale aliquod inſtrumentū: & Deo amabiles epiſcopos, aut venerabiles œconomos ſine periculo refutare huiuſmodi ſacras pragmaticas formas, magis autem cum periculo ſuſcipere & agnoſcere: quia circa ipſum ſacerdotiū [c] periculū ſuſtinebunt, ſi negligentes has leges, quę ita fiunt, pragmaticas ſequuntur formas. 1 ¶ Oportet enim ea quæ communiter & generaliter in omnium vtilitatē ſanciuntur, potius [d] valere, quàm ea quæ circa aliquos ſtudentur agi ad corruptionem communium legum. His ſolis videlicet conducendis, & emphyteuſi dandis rebus, quaſcunque putant tali aliquo egere.

De adminiſtratore qui rem eccleſiæ alienauit.

CAP. X.

SI tamen voluerint quædam ſub propria gubernatione habere Deo amabiles œconomi, aut aliorum præſules collegiorum: nulli eorum qui in potētatu ſunt, neq; ſecundum ſacram pragmaticam formam licentiam eſſe cogere eos, aut per cōductionem: aut per emphyteuſim hæc tradere ei qui hoc agit: & ſacrilegij [e] ſubiacere pœnæ, & omnibus mulctis quæ hac noſtra lege ſacra continentur, & ſuppliciis.

De monaſteriis non alienandis.

CAP. XI.

QVia verò cognouimus aliquod peſſimū delictum factum & apud Alexandrinos, & apud AEgyptios, iam aūt & in aliis quibuſdā imperij locis quoſdam præſumere ipſa venerabilia monaſteria [f] vēdere aut permutare, aut donare, (in quibus & [g] altare collocatum eſt, & ſacrum [h] exhibitum miniſterium, quale moris eſt in ſanctiſſimis eccleſiis celebrari, ſacris quippe lectis [i] ſcripturis, & ſacroſancta & ineffabili cōmunione tradita, & monaſtica illic facta habitatione) ita vt hæc mutarentur ex ſacro & Deo amabili ſchemate ad priuatam manſionem & ſtatum: hæc omnino de cætero fieri prohibemus, nulli hominum permittentes hoc delinquere, ſed etiam factum infirmum omnibus declaramus modis, & pretiorum caſum imponimus accipientibus: venditorem quoque damnificamus & rei caſu, & pretij amiſſione, ſanctiſſimæ eccleſiæ eius loci & venerabilibus monaſteriis hoc tribuentes: quatenus ipſi prouideant vt quod malè alienatum eſt, rurſus ad monaſticam reuocent figuram: neq; hypotheca ſuper his valente, ſed etiam ipſa infirmanda, & rurſus ſacro monaſterio aſſignanda.

Si ſterilis ager ad Eccleſiam peruenerit.

CAP. XII.

SIcut autem damnoſas alienationes prohibemus, ſic & damnoſas poſſeſſiones interdicimus. multæ enim apud nos motæ ſunt quęſtiones, vbi quidam minùs [k] idonea prædia donauerunt ſanctiſſimis eccleſiis, aut venerabilibus domibus, aut etiam vendiderunt tanquam idonea, cùm vtique ſterilia à principio eſſent, & ex hoc venerabilibus domibus nocuerunt. Interdicimus igitur rectoribus venerabilium domorum tale aliquid agere: aut certè cognoſcere, quia ſi nō cum omni ſubtilitate fecerint contractus, ſed fœnea [l] quædam poſſeſſio aut damnoſa detur eccleſiis, aut monaſteriis, aut xenodochiis, aut noſocomiis, aut aliis venerabilibus collegiis: contractus quidē pro non facto erit, & recipiet omnino qui dat, quod per circumuentionem & fallaciā datum eſt: œconomus autem qui tale aliquid egerit, aut abbas, aut xenodochus, aut noſocomus, aut ptochotrophus, aut orphanotrophus, aut gerontocomus, de ſuo, ei qui dedit, ſaluabit ex hoc damnū. Si verò ſic cauſa figuretur, vt etiam aliquod aurum pro hoc detur: & hoc lucrabitur quidem venerabilis domus quæ fœneum [a] aliquod acceperit. qui vero aurum dedit, habebit cōtra eum qui contractum celebrauit, ex hoc actionem ſicut prædiximus.

[a] Quæſtor, ſiue cancellarius multari poteſt, ob reſcriptū legib. vetitū obſignatū Vt hic.
[b] Iudex aut ſenatus inſinuationē per mittēs reſcripti legibus vetiti, multari poteſt.
[c] Pœna Eccleſiaſt. ſacerdotio priuari.
[d] Publica priuatis anteponuntur.
[e] Qui reſcriptum in perniciem Eccleſię impetrat, ſacrilegij tenetur.
[f] *Nou.*120.c.7.§.1.
[g] ἐν οἷς μοναστήριόν τε καθιδρύθη in quib. monaſteriū extructū eſt *Scrimger*: & malè meminit.n. Iulianus vetus interpres altaris.
[h] Sacrum miniſterium, ἱερὰ γέγονε λειτουργία *Scrimger.* & ſacra miſſa facta *Iulian.* hinc colligūt Nō in omnibus monaſteriis liturgiā celebratam. Porrò Miſſæ vocabulo idē Iulianus vtitur *Nouel.* 58 Eodē vtitur Ambroſius, vt alij quidā, qui tamē oēs dicūt miſſas agere vel facere, non canere *Cornel. in epiſt. adde Cuia. hic. De liturgia dixi ad l.5.§.6.ff. de iu. immu.*
[i] In liturgia ſiue miſſa, legebantur ſacræ ſcripturæ & ſacroſancta cōmunio tradebatur Vt *hic.*
[k] ἄπορα.
[l] ἄπορός τις κτῆσις fæneum aliquod j. *eo.* ſic imperatores in l.3. *C.Theodoſ. de indulgent. debit. lib.XI. tit.*28. fœneos defectóſque fundos V, *Cuiac.*8.*obſ.*40.

EPILOGVS.

Hæc omnino à nobis ſuper eccleſiaſticarum, aut omnino ptochicarum [b] rerum alienatione poſita ſit Lex: Leonis quidem piæ memoriæ ſequens conſtitutionem, & non aliud quidem curans, aliud autem incuratum relinquens: ſed in omni terra quam Romanorum cōtinet lex, & catholicæ eccleſiæ ſanctio, hæc extendatur, & determinet quæ ſua ſunt, & valeat perpetua & cuſtodita, & à ſanctiſſimis patriarchis vniuſcuiuſque diœceſis, & à Deo amabilibus metropolitis, & ab aliis epiſcopis, & clericis, & œconomis, & abbatibus, & xenodochis, & noſocomis, & brephotrophis, & gerontocomis, & orphanotrophis, & omnibus ſimiliter rectoribus aliquorum ſanctorum collegiorum: omnibus imponens proprium robur: & licentiam præbens volenti denuntiare quæ delinquuntur. Laudabilis enim huiuſmodi eſt, & calumniatoris [c] effugiet nomen, qui cauſam contra leges factam redarguit, auctor pietatis & vtilitatis ſacris domibus factus. Seruabunt autem eam nihilo minus & noſtræ reipublicæ iudices maiores & minores, ciuiles & militares: & præcipuè per omnes diœceſes conſtituti glorioſiſſimi præfecti ſacrorum prætoriorum: & medias [d] habentes adminiſtrationes, quos ſpectabiles vocant: dicimus autem Auguſtales, & procōſulares, & ſpectabiles comites, & alios Orientis, & qui poſt illos ſunt magiſtratus, hoc eſt prouinciarum conſulares ſiue præſides conſtituti, atq; defenſores ciuitatū, & ſimiliter omne ciuile & militare & publicum auxilium, hanc noſtram legem, tanquam in communi vtilitate, & pro totius terræ pietate poſitam ſeruet: & prę-uaricatores ſubdat pœnis quas primitus diximus. Si quid autem de conductionibus eccleſiaſticarum rerum aut in aliis capitulis ſanciuimus, aut à prioribus noſtris ſancitum eſt: maneat hoc in propria firmitate: neque ex præſenti ſacra noſtra conſtitutione nouandum. alia enim omnia manere in propriis terminis ſinimus: niſi tamen aliquid de iis habeat quæ hîc conſtituimus: cum ſufficiat [e] pro omnib. hæc lex ſuper id quod à Leone piæ memoriæ factum eſt, omnē aduerſus ptochicas res auferre alienationis occaſionem.

EPILOGVS.

¶ Tua igitur beatitudo, & qui poſt illam in pontificalibus ſedibus fuerint, quæ à nobis diſpoſita ſunt, operi effectuiq; tradere feſtinet. Diuinitas te ſeruet per multos annos, ſancte ac religioſiſſime pater. Dat. XVII. Calend. Maij, Conſtantinop. Beliſario V.C. Coſ. *

VT IVDICES [e] SINE QVOquo ſuffragio [f] fiant.

Tit. II.

*NOVELLA CONSTIT. VIII.*

Imp. Iuſtin. Auguſt. Ioanni præfect. præto. iterum exconſuli & patricio.

PRAEFATIO.

OMNES nobis dies ac noctes contingit cum omni lucubratione & cogitatione degere, ſemper volentibus vt aliquid vtile, & placens Deo à nobis collatorib. præbeatur. & non in vano vigilias ducimus: ſed in eiuſmodi eas expendimus conſilia, pernoctantes, & noctibus ſub æqualitate dierū vtentes: vt noſtri ſubiecti ſub omni quiete conſiſtant, ſolicitudine liberati: nobis in noſmetipſos pro omnibus cogitationem ſuſcipientibus. per omnem namque curioſitatem & inquiſitionem ſubtilē diſcurrimus, illa agere quęrentes, quæ vtilitatem noſtris ſubiectis introducendo, omni eos onere liberent, & omni damno extrinſecùs illato, citra publicum cenſum, & iuſtam legitimámque collationem. Inuenimus enim plurimam ingreſſam

caufis

[a] De fœnea poſſeſſione dixi ſuperi*.
[b] Res ptochicæ, quæ ad pauperes pertinent.
[c] Non calumniantur, qui legibus vetita redarguūt.
[d] Spectabiliū medi⁹ ordo. Spectabilis dignitas, media eſt inter ſenatorias: ſupra ſpectabiles, ſunt illuſtres: infra, clariſſimi. Quartus Senatorū gradus non eſt. Extra ſenatū equeſtris, ꝑfectiſſimus, & egregius. *Cuiac. ad l.* 1. *C. de dignit.*
[e] Idem in epiſcopis & ſacerdotibus.
[f] χωρὶς τῆς οἱασοῦν δόσεως. *Scrimg.* ſine pecunia *Iulian.* Suffragiū, pecunia eſt quę ſuffragatoribus aulicis datur, ꝑmittitúrve honoris adipiſcendi cauſa. Ex qua cauſa erat actio, Si certū petatur de ſuffragio. Quæ eo nomine à principe accipiebātur ſuffragia δεσποτικὰ vocantur, j. vtrūq; Iuſtinianus tollit hac Nouella, ſecutus legē Vlt. *C. repetund.* quę vetat ſuffragij nomine quid dari, ſuffragator. vel rationib. publicis inferri *adde Nou. Theod.* 161.

cauſis iniuſtitiam: & hanc non olim ſed ex quibuſdam temporibus violenter acceſſiſſe, & omnes noſtros ſubiectos ad inopiam compuliſſe, vt ad nouiſſimam ipſi penuriam deuenire fluctuarentur, & neque conſueta & legitima tributa, & pro veritate pias functiones ſecundum publicum cenſum poſſint ſine maxima neceſſitate perſoluere. Quomodo enim valerent collatores, cùm ‖ ex aliquo tempore imperatores ‖ ſemper aliquid lucrari ex prouentu iudicum cogitarent, & meritò hos ſequerentur etiam glorioſiſſimi præfecti: ex hac iniuſtitia, damnis extrinſecus illatis, ſolennibus piis collationibus ſufficere? 1 ¶ Cogitatio igitur nobis facta eſt, quod agentes omnia quæcunque in noſtris prouinciis ſunt, vno actu communi ad meliora migraremus. Hoc enim omnino euenturum credimus, ſi præſides gentium quicumque ciuiles adminiſtrationes prouinciarum habent, puris [a] procuremus vti manibus, & ab omni abſtinere acceptione pro illis, ſolis contentos eis quæ à fiſco dantur. quod non aliter fiet, niſi & ipſi cingula ſine mercede percipiant, nihil omnino dantes nec occaſione ſuffragiorum, neque iis qui cingula habent, nec alij omnium vlli. Conſiderauimus enim, quia licet quæſtus immodicus imminuitur imperio, attamen noſtri ſubiecti incrementum maximum percipient, ſi indemnes à iudicibus conſeruentur: & imperium & fiſcus abundabit vtens ſubiectis locupletibus [b]: & vno hoc introducto ordine, plurima rerum & innumera erit vbertas. An certè non omnibus manifeſtum eſt, quoniam qui [c] aurum dat, & ita adminiſtrationem emit: non dat hoc ſolùm quantum occaſione adinuectum eſt ſuffragiorum, ſed & aliud extrinſecus addit amplius occaſione commodi adminiſtrationem aut dantibus aut ſpondentibus? & ſic vno [d] principio illicito dato, plurimas neceſſe eſt manus circumire eum qui donationem facit: & hoc non de ſuo fortè præbere, ſed mutuatum; & vt mutuare poſſit, damnificatum: & computare apud ſe, quia conuenit eum tantum ex prouincia percipere quantum liberet quidem ei debita, ſortes, & vſuras, & damna pro ipſo mutuo: computabit autem & in medio expenſas largiores, iam & iudici, & qui circa ipſum ſunt, conuenientes: & quendam etiam ſibimet recondet quæſtum in tempore ſequenti, in quo fortè non adminiſtrabit. Quapropter eius quod ab eo datum eſt, triplum, magis autem, ſi oportet verius dici, decuplum erit, quod à ſubiectis noſtris exigitur: & ex hoc etiam fiſcus imminuitur. nam ea quæ oportebat in fiſcum [e] inferri, eo quod adminiſtrationem habet puris vtentem manibus: hoc ad propriam vtilitatem redigens qui adminiſtrationem habet & inopem faciens nobis collatorem, inopiam ipſius quæ per ipſum agitur, nobis reputat. & quanta impiè talia fiunt, ad horum furtorum meritò relata occaſionem? Adminiſtrationes namque habentes prouinciales, ad hanc acceptionem reſpicientes, multos quidem reorum dimittunt, vendentes [f] eis delictum: plurimos autem innoxiorũ condemnant, vt noxiis præſtent. & hoc non ſolùm in pecuniariis cauſis agitur, ſed & in criminalibus [g], vbi de anima eſt periculum. fugæque fiunt ex prouinciis, & confluunt huc omnes ingemiſcentes, ſacerdotes, & curiales, & officiales, & poſſeſſores, & populi, & agricolæ, iudicum furta meritò & iniuſtitias accuſantes. & hæc non fiunt ſola, ſed etiam ciuitatum ſeditiones, & publicæ turbæ plerunque pecuniæ cauſa fiunt atque ſedantur. & omnino vna quædam eſt hæc omnium occaſio malorum: & accipere [h] ſuffragium à iudicibus, totius nequitiæ eſt principium, & terminus. eſt quoque hoc ſacrorum eloquiorum mirabile & verum, quòd auaritia [i] omnium ſit mater malorum. maximè quando non priuatorum, ſed iudicum inhæret animabus. Quis enim ſine periculo non furetur, quis non latrocinabitur ſine reatu ad adminiſtratorem reſpiciens? Illum namque videns [k] omnia auro vendentem, & præſumens quia quicquid egerit illicitum, hoc pecunias dando redimet: hinc homicidium, & adulterium, & inuaſiones, & vulnera, & raptus virginum, & commerciorum confuſio, & contemptus legum & iudicum, omnibus hæc venalia propoſita eſſe putantibus, tanquam aliquod vilium mancipiorum. Sed neque ſufficimus conſiderare & exponere quanta ex furto prouincialium iudicum fiunt peſſima: nullo [l] eos præſumente cum fiducia redarguere, cùm illi repentè ſe emiſſe cingula pronuncient.

[a] Manus puras eſſe oportet iudicib.

[b] Intereſt rei publicę, locupletes habere ſubditos.

[c] hinc illud Alexandri Seueri apud Lãpridium. Neceſſe eſt, vt q emit vendat. Ego non patiar mercatores poteſtatum. quod ſi patiar, dãnare nõ poſſim. Erubeſco .n. punire illum hominẽ qui emit & vendit. Seneca 1. *de benefic.* 9. *in f.* Prouincias ſpoliari, non mirum, quando, quę emeris, vendere ius gentium eſt: vice verſa ęquum eſt, vt q non emit non vẽdat.

[d] Dato vno incõmodo plura ſequũtur.

[e] Iudicũ voracitas, fiſcũ minuit.

[f] *adde l. 4. ff. de ſicariis.*

[g] Criminale iudiciũ, qd.

[h] Principium nequitiæ iudicialis eſt, ſuffragiũ ab eis accipere.

[i] Auaritia malorũ mater, p̃ſertim in iudice *Luc. 12. Verſ. 15. & ſequentib: 1. Corinth. 6. Verſ. 10.*

[k] Spes impunitatis, homines ad delicta committenda reddit audaciores.

[l] prouinciales non ſine metu, ſuos præſides audẽt accuſare.

De magiſtratibus ſine ſuffragij datione creandis.

CAP. I.

HAEc omnia apud nos cogitantes, & hic quoq; participem [a] conſilij ſumentes eam quæ à Deo data eſt nobis reuerendiſsimam coniugem, & tuæ celſitudini cauſam communicantes, & quædam etiam à tuo ſumentes conſilio, ad hanc ſacram venimus legem: per quam ſancimus, neque [b] proconſulatiam vllam, neque hactenus vocatam vicariam, neque comitem Orientis, neque aliam quamlibet adminiſtrationem, neque proconſularem, neque præſidalem, (quam conſularitias & correctiuas vocant) quarum expreſſim meminit ſubiecta huic ſacræ legi noſtræ deſcriptio, quaſque ſolas ſub hac lege ducimus, dare aliquod ſuffragium, neque pro adminiſtratione quamlibet donationem, neque iudici vlli, neque horum qui circa adminiſtrationem ſunt alicui, neque alteri per occaſionem patrocinij: ſed gratis quidem ſumere adminiſtrationes: pauca vero præbere occaſione eorum quæ pro cingulis dantur & chartis [c]. nam ſubiecimus etiam deſcriptionem [d] huic ſacræ noſtrę legi, declarãtem quid competat vnamquamq; adminiſtrationẽ noſtrã præbere in ſacro noſtro laterculo, aut in foro tuæ celſitudinis occaſione codicillorum, aut præceptorum: vnde & illud abbreuiatum eſt, ne præſtet illi maximum damnum.

De vicario Aſianæ & præſide Phrygiæ in comitis Phrygiæ Pacatianæ nomen tranſlatis.

CAP. II.

ILlud tamen decernimus, oportere vicarium [e] Aſianæ qui eſt quoque iudex Pacatianæ Phrygiæ, non vlterius quidem ita nuncupari, ſed de cætero comitem Phrygiæ Pacatianæ nominari: & percipere de fiſco, quæ etiam nunc occaſione annonarum & capitorum pro vtraque adminiſtratione percipiebat, nihil horum imminuto: non autem duobus officiis vti: ſed permixtum & iudicis & vicarij vnum eſſe, comitianum exiſtens & nominatum: periculo functionum publicarum & ei & omnibus ſimiliter imminente: vtpote vno officio conſtituto, non diuidendo penitus, ſed per vnam continuationem militantibus vniuerſis. quod accipiet quidem propter duplex periculum, annonas, & capita: quæ vtraque pridem percipiebat officium: non tamen in altera quadam adminiſtratione pridem quidem vicariũ, nunc autem ſpectabilem comitem in Pacatiana Phrygia, non habentem penitus vllum participium in aliis Aſianæ prouinciæ diœceſibus [f]. ſed habentem quidem ſpectabilis comitis Pacatianæ Phrygiæ cognominationem, contentum verò in ſola Pacatiana (ſicut prædiximus) Phrygia.

De vicario Ponticæ ſublato, & in comitis Galatiæ primæ nomen tranſlato.

CAP. III.

HOc autem ipſum & in alterutro pridem vicario definiuimus, dicimus autem eum qui eſt in Pontica [g] diœceſi: vt non duo conſiſtant de cætero: ſed vnus comes quidem Galatiæ [h] primæ nominandus, & habiturus etiam ſuper milites poteſtatem, ſicut habet & nunc, & vtriuſque cinguli percepturus annonas, non tamen foris primam Galatiam. nullam etenim ei aliã penitus damus habere poteſtatem in vlla Põtica regione, ſed in ſola Galatia prima, officio quidem miſcendo, & ſecundum vnam (ſicut dictum eſt) intelligendo & numerando coniunctionem, comitiano exiſtente & nominando: nulloq; penitus eorum ad alios habente aliquam differentiam: ſed vnum eſſe officium ſub vno iudice vnius prouinciæ præſule: omni ſimili officio vnà cum ſuo iudice circa fiſcalia periculum ſuſtinente.

Vt nulli iudicum liceat mittere vicarios.

CAP. IIII.

NVlli [i] quoque iudici [k] penitus concedimus neq; ciuili neq; militari mittere per ciuitates prouinciæ quibus præſidet, eos qui vocantur loci ſeruatores, ſcientibus [l] quia ſi quid tale fecerint, ipſi cadent adminiſtratione, prę́ſumentes alios in ſuum officium eleuare [m].

[l] τοποτηρητὰς ſeu vicarios, Iulian. *Nouella.* 17. 128. 134. Hi in ſingulis municipiis abſentium vicem ſuſtinent. Delegati plerumque ſequũtur præſides, vt legati procõſules. Vicarij munus erat exſequi ſententias præſidum *l. 2. C. de off. eius qui vicem alicu*: excepto iure gladij. *Nou.* 128. [m] Cur ita? quia in ſingulis ciuitatibus defenſores ciuitatum præſidum vice funguntur.

[a] Imperator conſilium ſũmit ab vxore.

[b] Omnes magiſtratus ſine pecunia credi. *Iulian.*

[c] Hoc quod pro chartis datur, chartiaticon.

[d] Notitia qd *V. 7. eod.*

[e] Quatuor olim fuerunt vicarij in oriente, Africę diœceſeos, *Vt hic*: Ponticæ, Thraciæ, Macedonię *l. Vlt. C. de diuerſ. off. & appel. iudic.* Erat & præſes Phrygię Pacatianę. Ex vicario Aſianę, & prę́ſide Phrygiæ Pacatianæ, fit hic comes Phrygiæ Pacatianæ, qui in ea tantum prouincia iuriſdictionem habet, non in vniuerſũ tractum Aſianũ.

[f] diœceſes prouinciæ.

[g] cùm antea fuiſſet vicarius Ponticę, & conſularis Galatiæ primæ, pro vtroque vnus cõſtituitur, Comes Galatiæ primę, qui in ea tantũ, non in cæteris p̃uinciis Pontici tractus iuriſdictionem exerceat. Sed edicto 8. reſtituitur vicarius Ponticæ.

[h] Galatia, à Gallis dicta.

[i] Hic derogatur titulo, de officio eius, qui vicẽ alicuius iud. obtin.

[k] Præſidi p̃uinciæ. Idem dicẽdum de defenſore ciuitatis, cui nõ licet vicariũ copulare.

Vt comitis orientis & præſidis Antiochiæ officium miſceatur,

## CAP. V.

HOc autem ipſum [a] dicimus & in clariſſimo comitẽ Orientis [b], & clariſſimo iudice. & illic enim vnam adminiſtrationem vtranque facimus, habentem quidem & ſpectabilis comitis Orientis nomen: officio verò vno præſidente comitiano exiſtente & nominando, & primæ ſolius Syriæ, & Syriſtenſis [c] præſidente, & vtriuſque adminiſtrationis annonas habente. æqualem namq; vicarijs illum ponimus, vt & ipſe cum ſubiecto ſibi officio periculum habeat: & pro fiſcalium exactione, & pro ciuili & publica diſciplina.

Vt omnes priuati præſidibus ſubiaceant, & executores quoque vrbis Conſtantinopolitanæ.

## CAP. VI.

VOlumus autem omnibus iudicibus noſtrarum prouinciarum omnes ſubdi: priuatos [d] quidem ſecundum quod [e] cinguli proprium præmium eſt in omnibus cauſis, & vniuerſis pecuniarijs & criminalibus occaſionibus. Qui verò in militijs cõſtituti ſunt [& proprijs iudicibus deputati:] etiam iſtos nihilominus occaſione fiſcalium & criminalium ſubdi omnibus eis modis. Sed etiam eos qui hinc [f] deſcendunt, & ex quolibet foro qui quaſcumque exequuntur ſententias: licet prouinciarum iudicibus non ſinere amplius aliquid quam ſacra noſtra conſtitutione diſpoſitum eſt, percipere [g] ſportularum: ſcientibus quia ſi hoc neglexerint, omne damnum ex hoc noſtris collatoribus illatum, ipſi perſoluent. Damus autem licentiam eis & referre de eo non ſolùm ad iudices à quibus ſunt miſſi, ſed etiã ad noſmetipſos: vt nos hanc agnoſcentes cauſam competenter exequamur. Si autem ipſi aliquos inuenerint propter dignitatis & cinguli [h] ſupercilium noſtris collatoribus violentias irrogantes, licentiam eis damus etiam examinare violentias, & reos inuentos priuare [i] cingulo: & noſtrum ordinem in prouincijs adimplere: hoc quod etiam veteribus dictum eſt legibus. Sicut enim eos omni iniuſto lucro prohibemus: ita etiam purè cingulis vtentes, omni honore & reuerentia & honeſtate frui ſancimus.

De iureiurando à præſidibus prçſtando, quòd pecuniam nec nomine quidem ſuffragij dederint.

## CAP. VII.

SIc igitur à nobis cingulis [k] diſcretis, conuenit eum qui ſic acceperit adminiſtrationem, cum Dei memoria coram [l] nobis, aut ſi non vacat, coram tua celſitudine, & qui tuam rexerint ſedem, & qui ſemper fuerit glorioſiſſimo comite ſacrarum noſtrarum largitionum, & glorioſiſſimo quæſtore ſacri noſtri palatij, & glorioſiſſimo comite vbique ſacrarum noſtrarum priuatarum rerũ, præſente quoque & per tempora magnificentiſſimo chartulario [m] ſacrorum noſtrorum cubiculorum, qui codicillis his apud nos miniſtrat, iuſiurãdum dare, nihil [n] penitus, nec quodlibet ſe præbere neque occaſione ſuffragij, neq; patrocinij, & neque promittere, & neque de prouincia profiteri dirigere, neque glorioſiſſimis præfectis, neque alijs cingula habentibus, neque eis qui circa eos conſtituti ſunt, nec alteri cuilibet per occaſionem patrocinij: ſed ſicut ſine ſuffragio [o] accepit adminiſtrationem, à publico percepturus annonas: (has enim ſolas accipere eum ſinimus) ſic eam puris cuſtodire manibus Deo & nobis pro ea redditurus rationem. Sciat enim tua celſitudo, & qui poſt ‖ te ‖ eaſdem conſcenderint ſedes: quia ſiue ipſi præſumpſerint accipere quicquam ab ijs qui ad prædictas adminiſtrationes accedunt, ſiue proceres ipſi, ſiue etiam officium tuum, vltra ea quæ occaſione conſuetudinũ [a] à nobis eis definita ſunt: quæ ſc. ſufficere ſola putantes, dari decreuimus: non [b] in paruis pœnam fieri: ſed maximi quidem iudices accipere aliquid præſumentes ab ijs qui ad adminiſtrationes accedunt, aut etiam permittentes ſuum officium [c] tale aliquid agere, & nunciatũ non emendantes: non ſolùm quadruplum reddent totius quantum perceperũt, ſed etiam magnam indignationẽ ſuſtinebunt, & cinguli periculum formidabunt: & qui circa eos ſunt, & obediens eis officium, ſi amplius aliquid quàm à nobis conceſſum eſt, tentauerint accipere, ipſi quoque ſubijcientur damnis quadruplæ redditionis, & cadent etiam ſubſtantia & [d] cingulo: inſuper & ſupplicijs ſubiacebunt quæ congruunt delictis eorum.

Vt præſides tributorum exactioni diligenter incumbant.

## CAP. VIII.

EOs autem qui ita ſine mercede ſumunt adminiſtrationes, præ omnibus ſtudium habere decet fiſcalia [e] vigilanter inſpicere: & indeuotos quidem & egentes neceſſitate, cum omni exigere fortitudine, in nullo flexos, neque pro hoc ipſo lucrum aliquod omnino conſiderantes: deuotis autem paternè ſe exhibere: deinde noſtros ſubiectos reſeruare vndique ſine violentia: nihil ab vllo eorum percipientes: ſed æqui ſint in iudicijs: æqui verò in publicis diſciplinis: exequentes quoque delicta, innoxios quidem vndique cuſtodiẽtes eos qui puri ſunt: reis autem pœnam imponentes ſecundum [f] legem: & ita præſidentes collatoribus, tanquam [g] patres filijs: diligentes quidem eos qui ſunt innocentes: qui verò rei monſtrantur, caſtigantes ac punientes: omnemque iuſtitiam in publicis & priuatis documentis eis ſeruantes: & non ipſi ſoli hoc agentes, ſed etiam ſemper conſiliarium [h] talem ſumentes, & qui circa eos ſunt omnes, vt non videantur illi quidem veluti innoxij eſſe, per alios autem delinquant atque furentur: hoc quod magis turpe eſt, vt & participes [i] iniuſtitiarum ſumant. Ideóque licebit tuæ celſitudini honeſtiorum quoſdam ad adminiſtrationes dirigere, & ſcientium tributa fiſcalia: curialium quippe & aliarum perſonarum experimentum ſui dantium bonũ, & ad magiſtratus opportunorum. Quis enim non diligat eum, & honeſtate compleri magna putet, ſi noſtro decreto iudicióque tui culminis ad cingulum veniat, teſtimonium quidem habens quia ſit optimus, gratis verò eum ſuſcipiens: non vacans omnino per prouincias vlli prauitati nec quemadmodum quod [k] dedit congreget, nec vnde colligat aurum, ſed vt hoc ſolum habeat ſtudiũ, Deo nobiſque ſemetipſum commendare, & gloria frui optima, & recompenſationem ſperare præcipuam? 1 ¶ Si qs autem præter hoc aliquid egerit, & donec in adminiſtratione eſt iudex, furti reus appareat, & probetur aut aurum dans vt [l] accipiat adminiſtrationem, aut accipiens ex adminiſtratione, (vtrumque [m] enim ſimiliter noxium eſt) ſciat quia & confiſcationem & exilium ſuſtinebit, & in corpus verbera atque ſupplicium. Ipſum quoque qui acceperit ab eo (ſicut prædiximus) malis ſubijciemus maximis. puras [n] enim exigimus eſſe prouincialibus iudicibus manus: vt collatores cuſtodiamus. Et iſtæ quidem tã ex legibus quàm ex adminiſtrationibus imminebunt pœnæ ijs qui in prædictis adminiſtrationibus ſunt, ſi tale aliquid egerint. Damus autem prouincialibus licentiam, ſi quid apud prouinciam iniuſtum, qui adminiſtrationẽ habet, egerit: vel ſi damnis aliquibus aut calumnijs ſubdat noſtros collatores: vt Deo amabiles epiſcopi & prouinciæ primates preces ad nos dirigant, exponentes cingulum habentis delicta. nos enim hæc agnoſcentes dirigemus in prouinciam hoc examinaturum: quatenus ipſe vbi iniuſtitiam fecit, illic quoque pœnas ſubeat delictorum: vt neque alter quiſpiam tale aliquid agere præſumat, ad exemplum [o] reſpiciens.

Vt præſides quinquaginta dies faciant in prouincia ſua, poſt quam eis ſucceſſum eſt.

## CAP. IX.

NEceſſitatem [p] habente eo qui adminiſtrationem rexit, ſecundum priores conſtitutiones, dum depoſuerit

[a] quod ſc. diximus de vicario Africæ, & præſide Phrygiæ c. 2. de vicario Põticæ c.3.ſ̃. [b] Pro Comite Orientis & cõſulari ſiue prçſide Syriç l.1.Co.de offi. comit.Orien. conſtituitur hîc Comes, qui in Syria prima tantũ iuriſdictionẽ habet. De minuto iure Comitis Orientis ṽ. Cuiac.8. obſ.21. [c] καὶ τῶν κυριευτικῶν *Scrimg.* καὶ τῶν Κυῤῥεστικῶν ἡγεμόνων Holoandri Grçca editio: & Cyrenẽſis *Haloandri Latina editio.* Quiriſtica *Iulian.* Cyrrheſtica Cuiac.8. *obſ.*21. Cicer. 5. *ad Atticum* 28. Hoſtis in Cyrrheſtica, quæ Syriæ pars proxima eſt. [d] ἰδιώτας, plebeios, paganos. vt ſit ſenſus, Præſides iuriſdictionem habere in paganos, in omnibus cauſis: in milites, in cauſis tributorum tantũ & ſimilibus cauſis, &c. [e] κατὰ τὸ τῆς ἀρχῆς ἴδιον *Scrimg.* pro ut iuriſdictionis propriũ eſt *Hal.* [f] i. ex vrbe Conſtantinopoli in prouincijs. magiſterianos & prçfectianos intelligit. [g] *adde Nouel.*17.86.124. [h] id eſt adminiſtrationis. [i] Priuare cingulo, eſt priuare dignitate & adminiſtratione. Cingulum enim pro adminiſtratione ſumitur *l.2.C. Vt dignit.ordo. & j. cingula diſcernere c.7.* [k] Cingula Grçci vertunt ἀρχαὶ. magiſtratus à Iuliano dicuntur. [l] Nota apud quem iurent magiſtratum geſturi. [m] Nota de chartulario ſacrorum cubiculorum. duplex cubiculum fuit Auguſti & Auguſtæ. [n] Nota ſubſtantiam iuramenti præſtandi à magiſtratum inituris *adde Nouell.9.161.capit.1.l. Vlt.Codic. repetundar.* [o] *ca.1. ſupr.eod.*

[a] i. prçter cõſuetudines à principe definitas. Conſuetudo *l'ordinaire.* [b] i. Pœna nõ leuis infligitur. [c] i. ſuos officiales. *officiers:* [d] καὶ οὐσίας, καὶ ζώνης. [e] δημόσια: Scrimger. exactiones tributorum *Iulian.* [f] Pœnæ ex legibus ſtatuendæ. [g] Iudicis munus, prçſidere ad inſtar patris erga filios. [h] παρεδρεύοντα Scrimg. adſeſſorẽ *Iulian.* [i] Delicti particeps puniẽdus. [k] dixi in principio. ſ̃. *eod.* [l] *in princip. et c.1.ſ̃.eod.* [m] *l. Vlt.Co.repetund.* Sic epiſcopus qui ſuffragiũ dedit, & qui accipit puniuntur pari pœna *l.31.Cod.de epiſcop.* [n] καθαράς. non corruptas. Cruenta mẽte, pura manu *Apuleius 4.Florid.* [o] Exemplo peccari ſolet. [p] hinc ſũpta eſt authentica. Si verò, C. vt omnes iu-

depoſuerit faſces, dies quinquaginta[a] in prouincia commorari, publicè ſe monſtrantem, & ab omnibus ſuſcipiẽtem conuentiones. ſi tamen antè compleantur quinquaginta dies fugiens capiatur velut aliquod inhoneſtiſſimorum mancipiorum: damus licentiam collatoribus detinere eum in prouincia: & omne quod dederunt ei occaſione furti, hoc exigere, præſente tamen Deo amabili epiſcopo, & cauſam ex non ſcripto examinãte, donec reddat omne quicquid furatus oſtenditur. ſed etiam ipſos prouinciales, ſi ſenſerint adminiſtratorum furtum, licentiam habere, magis autem neceſſitatem, hæc referre nobis: vt cognoſcentes quia omnino auro vendidit iuſtitiã, prædictis eum ſubijciamus pœnis, ſuper quod etiam cœleſtibus ſupplicijs reus erit, tranſcendens iuſiurãdum in quo acceperit adminiſtrationem. Si autem voluerit ex quacunque cauſa non completis quinquaginta diebus ex prouincia fugere: tunc comprehenſus vbicumque degere videtur, reuocabitur quidem in prouinciam in qua adminiſtrabat: omne vero quod inuentus fuerit accepiſſe, reſtituat in quadruplum.

Vt omnes prouinciales præſidibus ſuis debitum honorem & ſolitas acclamationes deferant.

CAP. X.

ILlud videlicet obſeruandum, nullam eſſe noſtris ſubiectis licentiã in[b] alio quodam præter furtum hoc circa iudices agere. Non enim ſi videatur vehementiſſimus indeuotis propter fiſcalium exactionem, aut propter delictorum executionẽ, dabimus ſubiectis agere aliquid aduerſus eum. Ex diuerſo autem etiam pœnis eos omniũ amariſſimis ſubiugamus, ſi eos qui puris vſi ſunt manibus, & fiſcalium exactionem cum omni detulerint ſubtilitate, poſtea deponentes adminiſtrationem iniuriari præſumpſerint, & non cum omni fauore poſt legitimũ tempus prouincias relinquentes deduxerint. Oportet enim eos qui poſt hãc legem noſtram faciendi ſunt clariſſimos ſubiectarum prouinciarum iudices, conſiderare quanta quidem perfruẽtur gloria tales apparentes: quãtis autem ſint incurſuri difficultatibus, legem hanc ſoluere quantum ad ſe præſumentes. Erit enim abſurdum, ſi eos quidem qui in vilibus capiũtur furtis, ipſi torquebunt, & non primitus quieſcant donec reddant furta: ipſi autem innoxij manſerint in maximis conſtituti furtis, & neque apud ſubiectos erubeſcentes exemplum, cùm liceat eis honeſtis & liberis & vndiq; laudandis oſtendi, & à nobis habere teſtimonium & ſpem. 1 ¶ Non ſinimus autem nec ſpectabilibus iudicibus, nec alteri alicui quãlibet eis oppreſſionem aut iniuſtitiam inferre, aut ciuilibus omnino cauſis communicare: vt & nos eis honeſtatem ſeruemus, & illi puritatem nobis deuotionémque reſtituant. Sciant enim omnes ſubiecti, quia propter eorum vtilitatem, & vndique eorum indemnitatem & vt per omnem agantur quietem, & non cogantur prouincias[c] relinquere, & in peregrinis affligi: propterea præſentem legem ſcripſimus, Deo eam vouentes, & præſentibus[d] venerabilibus maximæ[e] eius communionis feſtiuitatis diebus, vt[f] omnibus liceat patres ſuſcipere magis iudices, quàm fures & ſolicitatores, & eorum ſubſtãtijs inſidiantes. 2 ¶ Oportet quoque[g] vos noſtros ſubiectos ſcientes quantam veſtri poſuimus prouidentiam, cum omni deuotione publica, ſine imminutione tributa perſoluere: & neque adminiſtratorum egere neceſſitate, ſed ita deuotos voſmetipſos præbere, vt nobiſmetipſis oſtendatur operibus quia & ipſi pro huiuſmodi clementia ꝓpriam nobis deuotionem reſtituetis: & meritò habebitis omnem à iudicibus, occaſione deuotionis, fauorẽ & prouidentiam: illud ſcientes, quia iudicibus imminet vndiq; fiſcalium periculum, & manifeſtum eſt, quia proprio ſuo periculo adminiſtrationes aſſumunt. & vos hæc agnoſcẽtes, & omnimodo euitate indeuotionem[h], & nolite veſtras voluntates ita præbere inobedientes, quatenus eorum præſidum egeatis vehemẽtia, quam neceſſarium eſt eos aſſumere propter ineuitabilem[i] fiſcalium exactionẽ: ſcientibus vobis noſtris ſubiectis, quia militares[k] expenſæ, & hoſtium incurſiones multa egent diligentia, & non poſſunt citra[l] pecunias hæc agi, cauſa videlicet nullam recipiente dilationem, neque nobis concedentibus deſpici Romanorum terram diminutam, qui & Libyam omnem reparauimus[m], & Vandalos in ſeruitutem redegimus, & plurima adhuc, & maiora horum ſperamus à Deo percipere & agere: pro quibus competens eſt fiſcalia tributa ſine[a] imminutione & deuotè ſecundum definita exigi tempora. Quapropter ſi vos quidem deuotè occurratis iudicibus, illi verò facilem &[b] præparatam fiſcalium illationem in vos exhibuerint: & iudicum laudabimus ſtudium, & veſtram approbabimus voluntatem, & vndique vna quædam erit optima conſonaque pręſidentium, & quibus præſident, congruentia magna.

[a] *Nouell.* 95. 128. 161: *l.1.C. Vt omnes iudic. tam ciuil. quàm crimi. l.3. Co. de adſeſſorib: l.3.C. de ſilẽtiarijs: l. Vlt. Cod. de dignitat.* Hoc ſpatio tẽporis tutores ſe excuſare debent *l.13.ff.de excuſat.tut: l. 6.C.eod.*

[b] ſenſus eſt, Licentia illa, de qua dictũ c. 9. s̃. prouincialibus data eſt, ſi de furto arguere præſidem voluerint: in alijs cauſis antedicta obſeruatio ceſſat *Iul.*

[c] *facit l.6.§.5. ff.de off.præſid.*

[d] .i.inſtantib.

[e] *τῆς μεγάλης αὐτοῦ καὶ κοινοτάτης ἑορτῆς ἡμέραις Scrimg.*

[f] .i. id ſtudemus hac lege perficere, vt iudices prouincialibus ſint parentũ loco.

[g] .i. oportet viciſſim vos (qui nobis eſtis ſubiecti) ſcientes, &c.

[h] *ἀγνωμοσύνην.*

[i] *ἀπαραίτητον*, i. inexcuſabilem.

[k] Militares expenſę moram non admittunt.

[l] Pecunia neruus belli.

[m] *V.l.1.2.C.de off. præfect. prætor. Afr.*

[a] *ἀνελλιπῶς.*

[b] *ἐκ προχείρου Preſte & en main.*

Vt omnes Deo gratias agant huius legis latæ gratia.

CAP. XI.

ITaque Deo & ſaluatori noſtro Ieſu Chriſto omnes ſimiliter offerant hymnos pro hac lege quæ eis dabit & patrias habitare cautè, & proprias facultates habere firmiſſimè, & iudicum frui iuſtitia. Nam & nos propterea eã poſuimus, vt & iuſtitiam quæ in lege[c] eſt, valeamus domino Deo vouere, & noſmetipſos & noſtrum commendare imperium, & non videamur deſpicere homines oppreſſos quos nobis tradidit Deus: vt eis per omnia parcamus, eius ſequentes benignitatem. Ideoque quantum ad nos conſecretur[d] ‖hæc‖ lex Deo: eo quòd nihil in mentem noſtram veniens boni pro tuitione ſubiectorum relinquimus. Volentes enim inhoneſta hæc & ſeruilia[e] furta perimere, & noſtros ſubiectos in quiete à prouincialibus iudicibus cõſeruare: propterea feſtinauimus gratis[f] adminiſtrationes eis dare: vt nec ipſis liceat delinquere, & abripere ſubiectis, quorum cauſa omnem perferimus laborem, dedignantes[g] imitari eos qui ante[h] nos imperauerunt, qui pecunijs[i] ordinabant adminiſtrationes, ſibimetipſis auferentes licentiam adminiſtratoribus nocentibus increpandi iuſtè, ‖& ipſi ea quæ percipiebant, celãdo, iuſti putati‖ & proprios collatores propter hoc abripere à malis iudicibus non valentes: vnde nec ipſis iudicibus increpare poterant agere caſtè occaſione prædictæ cauſæ. Nos autem ſufficiẽtem imperio quæſtum eſſe putamus, vt collatores ſola fiſcalia conferant tributa, & nihil aliud extrinſecus quæratur, quod ſubiectis omnem commoueat vitam.

In quibus cauſis à præſide detenti, fori præſcriptionem non habeant.

CAP. XII.

QVod autem primitus à nobis dictum eſt: adhuc maiori opere & ſubtiliori complecti exiſtimauimus legiſlatione, quatenus noſtra intentio omnibus fiat aperta. Sancimus enim clariſſimos ſubiectarum prouinciarum adminiſtratores citra omne factos pecuniarum ſuffragium[k], & ab his dati iureiurandi[l] memores, habere & hanc à nobis licentiam, vt nulla ſit vlli apud eos penitus fori[m] præſcriptio, neque in ijs quæ committuntur ab aliquibus violentijs, neque in criminibus, & quæ hinc oriuntur læſionibus, neq; in ſeditionibus publicis, neq; in publicorum tributorum exactionibus: ſed omnes ſimiliter ſubiacere horũ iuriſdictioni, non exſpectãtium neq; pręcepta ſuſcipere à iudicibus quibus ſubiecti ſunt, neq; nunciare ad eos, ſed contentos eſſe hac noſtra lege ꝑ quam omnem eis poteſtatẽ prębemus, nemine licentiam habente penitus in prædictis cauſis neque priuilegio vti quolibet, neq; ex hoc ſibimet imperare vt delinquat innoxiè. Non enim qui omni abſtinẽt acceptione[n] iudices, aliud quiddã Dei & legis noſtroq; pręponent timori: ſed ad illum reſpiciẽtes ſeruabunt ſubiectis iuſtitiam, omnia ſecundum noſtras iudicantes & agentes leges. 1 ¶ Quia enim milites & huiuſmodi in prouincijs conſtitutos eis ſubijcimus: neq; in hoc egebunt præcepto cuiuſpiã proprio aut à nobis, aut à noſtris iudicibus, ſed præſenti lege vtentur, & hanc eis oſtendent, vt auxilientur[o] eis vtentibus iudiciali fiducia: ſcientibus quia niſi hæc egerint, & emolumentorum & militiæ ſuſtinebunt caſum, & in corpus periculum patientur: vt nobis nullo alio penitus opus ſit iudice, & aut latronum inſecutores[p], aut appellatos violentiarum[q] inhibitores, magis autem fures, aut violentos mittere, occaſione quidem quaſi rationabili vtentes, ipſos autem omnium peſſima facientes. Cùm enim iudices prouinciarum vniuſcuiuſque maximorum iudicum compleant officium, & pro omni alio cingulo prouincijs ſufficiant, & ad ea quæ ex noſtris legibus ſuper eis decreta ſunt: quis præſumat, aut fori præſcriptione, aut huiuſmodi aliquo apud eos vti?

[c] diuina ſc.

[d] Imperator hanc conſtitutionẽ Deo conſecrat *Vt hic*: & vouet *c.10.§.1.s̃.*

[e] Iudicis peculatus, furtum ſeruile.

[f] vt cùm lucrũ gratis accipiant, dent etiam gratis

[g] Pulchrum imperatori non imitari ſcelera anteceſſorum.

[h] Ante Iuſtiniani tempora, dignitates erant mercales.

[i] An æquum ſit & vtile, dignitates pecunijs comparari, dixi in *pr.s̃. eod.*

[k] *c.1.s̃.eod.*

[l] *c.8.s̃.eod.*

[m] Nemo in criminali cauſa, neque in tributorum exactione, neque in populari ſeditione præſidi prouincię obijcit fori præſcriptionem *Iulianus: adde l.3. inf. ff. de off.præſid.*

[n] pecuniæ ſc.

[o] *Vn iuge peut demander main forte au premier Venu.*

[p] *V.c.13.*

[q] *V.d.c.13.s̃. eod.*

De latrunculatoribus & viocolytis, & aphopliſtis.

## CAP. XIII.

INterdicimus autem & glorioſiſſimo magiſtro militum Orientis, & omnibus noſtris iudicibus, aut latronum inſectatores [a], aut violētiarum [b] inhibitores, aut armatos [c], aut aliquos tales deſtinare in prouincias. Sciant enim qui ad hoc inſtituti poſt hāc noſtram legem præſumpſerint, quoniam capti ab his noſtris iudicibus prouinciarum, & in vincula redigentur, & ad nos cauſa nuntiata, à nobis ſummum periculum ſuſtinebunt. & qui huiuſmodi eis præcepta tradiderint, triginta librarum auri ſuſtinebunt pœnam: & maiorem inſuper ac vehementiorē noſtram indignationē experientur. Oportet igitur iudices prouinciarum tanquam promeritos à nobis poteſtatem, ſic cauſis vti, vt iuſtè & legitimè ſint omnibus metuendi: ſcientes, quia ſi data à nobis adminiſtratione, malè & indignè abutantur à nobis conceſſa ſibi licentia: ſubiacebunt ſupplicijs quę primitus diximus, & donec adminiſtrationes habent, hęc perferentes, & dum eas depoſuerint, maiori adhuc experientur periculo. Non enim eis damus licentiā antequam legitimum quinquaginta [d] dierum cōpleatur tempus, à prouincijs in quibus adminiſtrauerint, diſcedere, aut per occaſionem reuocatorię [e], aut per occaſionem fugæ, aut per aliam quamlibet cauſam: ſcientibus (ſicut prędiximus) ſiue ad hanc veniant feliciſſimam ciuitatem, ſiue in quamcunque regionem, ad prouinciam denuo reuocati cui præfuerunt, pœnas ſuſtinebunt omnes quas prius diximus.

Quomodo aut apud quem iurare debent Magiſtratus, & de exigenda ab his cautione.

## CAP. XIIII.

IVſiurandum verò dabunt hoc quidem quod ſuperius diximus [f]. Si verò aliquibus in prouincijs exiſtentibus mittantur cinguli codicilli, & coram Deo amabili epiſcopo metropolitano, & qui in eis primates ſunt, iuſiurādum ſubibunt, & ita cinguli ſuſcipient actiones, tua quippe celſitudine prouidēte, ſiue in hac maxima ciuitate perceperit aliquis adminiſtrationē, ſiuę in prouincia ei codicilli eius tranſmittantur à tua celſitudine: vt ipſe qui accepit, cautionem faciat fiſco de tributorum inculpabili exactione, ſicut ipſe purè probaueris. Poſita ſit autem lex hæc à nobis in omnibus adminiſtrationibus à nobis nominandis, & ex præſenti tempore ſine ſuffragio percipiēdis. nam quæ præceſſerunt, pridem poſitis ſubiaceant legibus: nulla pœna horum quæ in hac noſtra lege determinata ſunt, imminente hactenus [g] adminiſtrationes habentibus: niſi tamen & ipſi poſt inſinuationem huius legis furari capiantur.

## EPILOGVS.

¶ Hæc igitur tua celſitudo vniuerſa cognoſcens, in omnibus gentibus ſub ſe conſtitutis fieri manifeſta procuret, ſolenniter præceptis vtens apud omnes prouinciarum pręſides: vt ipſi cognoſcentes noſtrum circa ſubiectos ſtudium, & quantam habemus circa ordinationem iudicum voluntatem, conſiderent quanta eis bona participantur [h], neque imperij famulitio [i] pro eorum felicitate parcentes. Dat. Biliſario pręfecto 16. Kal. Maij.

Edictum ſcriptum in omni terra Deo amabilibus archiepiſcopis & ſanctiſſimis patriarchis.

TRaditæ nobis à Deo reipublicæ curam habentes, & in omni iuſtitia viuere noſtros ſubiectos ſtudentes, ſubiectam legem conſcripſimus: quam tuæ & ſanctitati, & per eam omnibus qui tuæ prouinciæ ſunt, facere manifeſtam, bene habere putauimus. Tuæ igitur ſit reuerentiæ & cæterorum hæc cuſtodire: & ſi quid tranſcendatur à iudicibus, ad nos [k] referre: vt nihil contemnatur horum quę ſanctè & iuſtè à nobis ſancita ſunt. Sic enim nos quidem noſtrorum ſubiectorum miſerati, quoniam ſupra fiſcalium functionum exactionem etiam maximas ſuſtinent ex furto iudicum violentias propter factas prouinciarum vēditiones, hęc auferre per ſubiectā ſtuduimus legem. Vos autem ſi negligentes non referatis à nobis quidem conſecratam Domino Deo: rationem reddetis apud eum pro aliorum iniuſtitia, ſi quod non agnoſcentibus nobis damnum apud vos hominibus inferatur. ſed oportet pręſentes vos prouincijs, & pro eis ac reliquis deteſtantes, manifeſtos nobis facere & rectos iudices, & tranſcendentes hanc legem noſtram quatenus vtroſque cognoſcentes, hos quidem puniamus, illis autē repenſemus. Cúmque lex publicè propoſita fuerit, &

[a] λῃστοδιώκτας vt Nou. 128. 134. latrūculatores *Iulian.*
[b] βιοκωλύτας. Ii ſunt qui vim, impreſſionem, & de prædationē arcent. Fuit olim ſpecialis βιοκωλύτης in Phrygia vtraque, Piſidia, Lycaonia, & Lydia.
[c] ἀφοπλιστὰς i. eos qui priuatis hominibus arma habere non cōcedunt, ne rapinas, aut cædes faciāt. *Iulianus. V. Nouell. de armis: & edictū de Vicario Ponticæ.* Illud adijciēdum, vetari nepręſides occaſione ἀφοπλισμοῦ prouinciales opprimāt *l. Vlt. C. de metatis.*
[d] *V. c. 9. s. eod.*
[e] conceſſæ ſc. à principe.
[f] *c. 7 s. eod.*
[g] Leges non trahuntur ad præterita *l. 7. C. de legibus.*
[h] .i. quāta eis bona cōtulerimus.
[i] antea ita legebatur: imperij medelæ οὐδὲ τῆς βασιλικῆς θεραπείας (διὰ τὴν αὐτῶν εὐδαιμονίας) φεισάμενοι *Scrimge.* i. cū neque regio famulitio (ob eorū vtilitatem) pepercerimus.
[k] Epiſcopi munus, referre ad principem, ſi quid magiſtratus delinquat.

omnibus manifeſta: tunc intus [a] recōdatur in ſanctiſſima eccleſia cum ſacris vaſis: vtpote & ipſa dedicata Deo, & ad ſalutem ab eo factorum hominum ſcripta. Facietis autē melius, & illic habitantibus vniuerſis hominibus vtilius, ſi eam inſculpentes aut tabulis [b] aut lapidibus, in porticibus ſanctiſſimæ eccleſię deſcribatis, plenā pbentes omnibus horum quę ſancita ſunt lectionē atq; poſſeſſionem.

De defenſoribus ciuitatum.

## CAPVT I.

SI verò pro iudicum puritate hanc habuimus prouidētiam: palam eſt quia multò magis defenſoribus non permiſimus nec quicquam accipere, nec dare. Dabūt enim conceſſis ſibi pceptis in foro glorioſiſſimorū præfectorum (ſi quidem maiores [c] ſint ciuitates) ſol. 4. [d] ſi verò minores ſint, ſol 3. & vltra hæc nihil. Accipient autem nihil ab vllo, ſi aliquis ex fiſco ſolennis eis quæſtus erit. aut ſi nihil ex fiſco percipiunt: nihil vltra quàm ſacra noſtra ſtatutum eſt conſtitutione, percipiant: alioqui ſi quid accipere capiātur aut ipſi, aut qui vocantur eorum chartularij, aut alter quiſpiam qui circa eos ſunt: illi quadruplum reſtituent quod acceperunt, & hac ſolicitudine repellentur: inſuper exilio perpetuo mulctabuntur: & in corpore caſtigati, reddent prouinciā viris bonis pro malis defendendam. Eritis autem & in hoc cuſtodes vos, & inhibentes quæ contra hæc fiunt, & inſinuantes: vt neq; lateat aliquid horum quæ delinquuntur, neque latendo ſit impunitum: ſed omnis æquitas atque iuſtitia noſtris ſubiectis floreat. Si verò etiam hactenus iudices non poſt inſinuationem huius legis omni abſtineant furto: ſciant & ipſi huius legis pœnæ ſe eſſe ſubiectos.

Scriptum eſt exemplar edicti Conſtantinopolitanis habens ita.

QVantam ſubiectorum poſuimus prouidentiā oſtēdit à nobis nuper poſita lex quam ad glorioſiſſimos noſtros præfectos ſcripſimus. Sed competens eſt & vos ipſos ſcire noſtram prouidentiā, quam circa omnes homines habemus, & propterea legem ipſam & in edicti propoſuimus figuram, vt & vos domino Deo ac ſaluatori noſtro Ieſu Chriſto iuſtè referatis hymnos [e], & noſtro imperio, quia omnē p veſtra vtilitate perferimus laborē.

*Notitia [f] eorum quæ ab vnaquaque ſubditarum adminiſtrationum debent præberi circa conſuetudinem quantitatis ab ijs qui adminiſtrationes habent: nullo præſumente extra ea quæ ſubſcripta ſunt, nequaquā requirere amplius aliquid.*

1 ¶ A ſpectabili comite [g] Orientis ‖ſic.‖ in ſacro cubiculo, ſolidos 63. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum cum quatuor ſcriniarijs ſacri laterculi, ſol. nu. 50. eius adiutori ſolid. 3. officio glorioſiſſimorum præfectorum prætoriorum, ſol. 80. 2 ¶ A proconſule Aſiæ ita. in ſacro noſtro cubiculo, ſol. nu. 13. primicerio clariſſimorū tribunorum notariorum cum quatuor ſcrinijs ſacri laterculi, ſol. nu. 40 eius adiutori ſol. nu. 3. officio glorioſiſſimorum præfectorum prætoriorum ſol. num. 80. 3 ¶ A ſpectabili comite [h] Phrygiæ Pacatianæ ita. chartularijs tribus ſacri cubiculi ſol. nume. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. num. 24. eius adiutori ſoli. nu. 3. officio glorioſiſſimorum præfectorum prætoriorū ſol. nu. 50. 4 ¶. A ſpectabili comite [i] Galatiæ primæ ita. ſpectabilibus chartularijs tribus ſacri cubiculi ſol. nu. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. nu. 23. eius adiutori ſol. nu. 3. officio glorioſiſſimorū pręfectorū prætoriorū ſol. nu. 50. 5 ¶ A vicario Longimuri [k] ita. chartularijs tribus ſacri cubiculi ſol. nu. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. nu. 24. eius adiutori ſol. nu. 3. officio glorioſiſſimorum præfectorum prætoriorum ſol. nu. 40. & quæcumque adminiſtrationes conſulariuæ ſunt, 9. 6 ¶ A iudice Palæſtinæ [l] primę ita. ſpectabilibus chartularijs tribus ſacri cubiculi ſol. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorū ſol. 24. eius adiutori ſol. 3. officio glorioſiſſimorum præfectorum prætoriorum ſol. num. 40. 7 ¶ A præſide Paleſtinę ſecundæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. eius adiutori, ſol. 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolid. 40. 8 ¶ A pręſide Phœniciæ maritimę ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſoli. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori ſolidos 3. cohorti

[a] *Nota. adde l. 4. inf. ff. familiæ.*
[b] *facit l. 2. §. 4. ff. de origin. iur.*
[c] De maioribus & minoribus ciuitatibus aliàs dixi.
[d] Iulianus legiſſe videtur 60: & ibid. in ora legit 50. vel 16.
[e] *c. 11. s. eod.*
[f] *adde & aliam l. 1. 2. Co. de off. præf. prætor: vide & aliā in l. 11 Cod. de prox. ſacror. ſcrin.*
[g] *s. c. 5.*
[h] *c. 2. s. eod.*
[i] *c. 3. s. eod.*
[k] .i. Thraciarum *V. Nou. 26.*
[l] *Nou. 103. c. 3. in fin.*

horti glorioſiſſimorum præfectorũ pro iuſſione, ſol. 40. 9 ❡ A prǽſide Syrię ſecundæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. 24. eius adiutori, ſol. 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſol. 40. 10 ❡ A præſide Theodoriadis ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſol. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori, ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſol. 40. 11 ❡ A præſide Oſdroënę [a] ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſol. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori, ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolidos 40. 12 ❡ A prǽſide Cilicię [b] primę ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori, ſolid. 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolid. 40. 13 ❡ A prǽſide Cypri ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſoli. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. 24. eius adiutori, ſol. 3 cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolidos 40. 14 ❡ A præſide Pamphiliæ [c] ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolid. 24. eius adiutori, ſolid. 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſol. 40. 15 ❡ A præſide Bithyniæ [d] ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori, ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolid. 40. 16 ❡ A præſide Helleſponti ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorũ notariorum, ſol. 24. eius adiutori, ſol. 3. cohorti glorioſiſſimorũ præfectorum pro iuſſione, ſol. 40. 17 ❡ A præſide Lydiæ [e] ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſol. 9. primicerio clariſſimorũ tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori, ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolidos 40. 18 A præſide Phrygiæ ſalutaris [f] ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori, ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolidos 40. 19 ❡ A præſide Piſidiæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori, ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolidos 40. 20 ❡ A prǽſide Lycaoniæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori, ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolidos 40. 21 ❡ A præſide Nouæ Iuſtinianę ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolidos 40. 22 ❡ A præſide Armeniæ ſecundę ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori, ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolidos 40. 23 ❡ A prǽſide Armeniæ magnę ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori, ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolidos 40. 24 ❡ A prǽſide Cappadociæ [g] primæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos nouem, primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori, ſolidos tres, cohorti glorioſiſſimorum prǽfectorum pro iuſſione, ſolidos quadraginta. 25 ❡ A prǽſide Cappadociæ ſecundę ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos nouem, primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos vigintiquatuor: eius adiutori ſolidos tres, cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione ſolidos 40. 26 ❡ A prǽſide Hellenoponti ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos nouem, primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori, ſolidos tres, cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolidos 40. 27 ❡ A præſide Europæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos nouẽ, primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos vigintiquatuor: eius adiutori, ſolidos tres, cohorti glorioſiſſimorum præfectorum

[a] eadem Oſrhoena dicitur.

[b] hodie Turcomania & Finichia.

[c] hodie Serilia, *Girava* *Alphonſ. Adriano*. Zina *Theueto*, Caramania *Bellonio*. quà ad mare, Scãdelorum: quà ad ſeptẽtrionem Caramaniam, nũcupari ſcribit Marius Niger. de Pamphilia dixi alias.

[d] hodie Burſia, vt Gyraua refert: Becſangiat, vt Caſtaldus.

[e] ea in ſcripturis Lud.

[f] *σαλυταρίας* Phrygiæ hodie appellat: Sarne tradit Caſtaldus.

[g] hodie Almaſia *Caſtal.* Genech Theueto: Toccatu Alalulien Pincto.

pro iuſſione, ſolidos 40. 28 ❡ A prǽſide Thraciæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutoti, ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum prǽfectorum pro iuſſione, ſolid. 40. 29 ❡ A prǽſide Rhodopeæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſolid. 24. eius adiutori, ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolid. 40. 30 ❡ A præſide AEmimontis ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolid. 24. eius adiutori, ſolid. 3 cohorti glorioſiſsimorum præfectorum pro iuſſione, ſolid. 40. 31 ❡ A præſide Cariæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolidos 24. eius adiutori, ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum prǽfectorum pro iuſſione, ſolid. 40. 32 ❡ A præſide Lyciæ [a] ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum nr tariorum, ſol. 24. eius adiutori, ſolid. 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolid. 40. 33 ❡ A præſide Auguſtanicæ primæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolid. 24 eius adiutori, ſolid. 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſolid. 40. Et quæcunque præſidales, aut correctoriæ adminiſtrationes ſunt. 34 ❡ A præſide Libyæ ſuperioris ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſol. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſolidos 15. eius adiutori, ſolid. 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione, ſol. 36. 35 ❡ A præſide AEgypti primæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi. ſol. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum. ſol. 15. eius adiutori, ſol. 3. cohorti glorioſiſſimorũ præfectorum pro iuſſione, ſol. 36. 36 ❡ A prǽſide AEgypti ſecundæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſol. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. 15. eius adiutori, ſol. 3. cohorti glorioſiſſimorum prǽfectorum pro iuſſione, ſol. 36. 37 ❡ A præſide Auguſtanicæ ſecundę ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. 15. eius adiutori, ſol. 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorũ pro iuſſione, ſoli. 36. 38 ❡ A præſide Palęſtinæ tertiæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorũ notariorum, ſol. 15. eius adiutori, ſol. 3. cohorti glorioſiſſimorum prǽfectorum pro iuſsione, ſolid. 36. 39 ❡ A prǽſide Arabiæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſol. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſolid. 15. eius adiutori, ſol. 3. cohorti glorioſiſsimorum præfectorum pro iuſsione, ſol. 36. 40 ❡ A præſide Euphratenſis ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſol. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. 15. eius adiutori, ſolid. 3. cohorti glorioſiſsimorum præfectorum pro iuſſione, ſol. 36. 41 ❡ A præſide Meſopotamiæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſol. 9. primicerio clariſsimorum tribunorum notariorum, ſolid. 15. eius adiutori, ſolid. 3. cohorti glorioſiſsimorum præfectorum pro iuſsione, ſolidos. 36. 42 ❡ A præſide Ciliciæ ſecundę ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſol. 9. primicerio clariſsimorum tribunorum notariorum, ſol. 15. eius adiutori, ſolidos 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſsione, ſolidos 36. 43 ❡ A præſide Armeniæ primæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſol. 9. primicerio clariſsimorum tribunorum notariorum, ſol. 15. eius adiutori, ſol. 3. cohorti glorioſiſsimorum præfectorum pro iuſsione, ſolidos 36. 44 ❡ A præſide Galatiæ ſecundę ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſol. 9. primicerio clariſsimorum tribunorum notariorum, ſolid. 15. eius adiutori, ſol. 3. cohorti glorioſiſsimorum prǽfectorũ pro iuſſione, ſolid. 36. 45 ❡ A præſide Honoriadis ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſsimorum tribunorum notariorum, ſol. 15. eius adiutori, ſolidos 3. cohorti glorioſiſsimorum præfectorum pro iuſsione, ſol. 36. 46 ❡ A præſide Inſularum [b] ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſsimorum tribunorum notariorum, ſolidos 15. eius adiutori, ſolid. 3. cohorti glorioſiſsimorum præfectorum pro iuſsione, ſol. 36 47 ❡ A præſide Myſiæ ſecundæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſsimorum tribunorum

[a] hodi Briéguia, Gyrauęs Bene-ſaacan Theueto: Aldinelli Caſtaldo.

[b] *Nouell.* 41.

notariorum,ſol.15.eius adiutori,ſol.3.cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro iuſſione,ſol.36. 48 ¶ A præſide Scythiæ ſic. ſpectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſol. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. 15. eius adiutori ſol. 3. cohorti glorioſiſſimorum præfectorũ pro iuſſione,ſol.36. 49 ¶ Pro vniuſcuiuſque ciuitatis defenſore,ſi quidem ſit metropolis,[ꝑ metropoli] apud officium glorioſiſſimorũ præfectorum prætoriorum dandi ſunt ſolidi num. 3. ſi verò alterius ciuitatis,ſol. 3. & vltra hæc nihil. Nec enim defenſores vel dare iudicibus, nec alteri cuiquã, nec accipere volumus: niſi quædam ſint [cum ab his volo: præſideant] conſuetudinis: ſcientibus eis, quia ſi nuntietur noſtræ poteſtati de aliquo eorũ quia ꝑuaricatur quæ à nobis ſancita ſunt: & ꝙ receperint, quadruplũ reddent: & officio ſoluto, exilium habitabunt continuum: cùm etiã ꝓuinciarum iudices ſi hoc neglexerint, & defenſores ſinant rapere, non modicam & ipſi ſuſtinebunt pœnam. Dat. 17. Kal. Maij, Conſtantinopol. Beliſario V. C. Conſule.

SCriptum eſt exemplar huius Dominico glorioſiſſimo præfecto apud Illyricum prętoriorũ. Sed ita quidem adiectionibus iuſiurandum ſubeant, ſecundum proprium de hoc facto indiculum [a] ſacramentum, cuius exẽplar etiam directum eſt tuæ celſitudini. Qui verò adminiſtrationem ſuſcipiunt, à tua celſitudine, directos hinc eis à nobis codicillos ſuſcipiant præſente Deo amabili ciuitatis in qua degunt, epiſcopo, & alijs q in ciuitate ſunt, in iudicio tuę celſitudinis cõgregatis, & officio omni tuo: coram quibus etiam codicillos accipiant, & iurent prædictum iuſiurandum, & maximè hoc præcipimus coram curialibus agi, quos competẽs eſt magna frui & à tua celſitudine, & qui idem ferent cingulum. Optima autem erit prouidentia & ſtudium, vt nihil ab eis tu lucreris omnino neque permittas eos ab vllo lædi. eos enim qui hãc nituntur iniquitatem, quatenus & feliciſſimo noſtro vtãtur exercitu, & reliquas curiales adimpleãt functiones quia non oportet talia attẽtari ſolatia, vt poſſit referri ad tantã tarditatem. nihil enim nobis tam commendat tuam celſitudinem, quomodo circa curiales vniuſcuiuſque ciuitatis prouidentia, quam præberi volumus iſtis & à tua celſitudine & à cinguli ſemper ſucceſſoribꝰ. Quapropter dum codicillos dederis adminiſtrationes accipientibus à te, aut preſente, hoc eis tuam denũciare volumus ſedem, vt curialibus omnem ferant fauorem, nihil penitus ab eis accipiẽtes. Prohibeatur autẽ & ab alijs eis afferri damna: & agnoſcãt per te, quia ſi præter hoc aliquid egerint, pœnis ſubiacebunt grauiſſimis. Sicut enim curialibus parcere te volumus, ita & defenſorum caſtigare & retinere auaritiam ſancimus, & ab eis præſumere accipere, à noſtris ſubiectis, niſi ſecundum quod adminiſtrat reſpublica: aut ſi non eſt aliquod eis publicum ſolatiũ, quantum inculpabilis antiquitas definiuit: vt à ſpõtaneis ipſis magis quàm ab inuitis accipiant, & hoc parum, & quantum eis ad mediocrem ſufficit vitæ gubernationem. Sciant enim quia ſi citra hæc aliquid acceperint: non ſolùm quadrupli ſubiacebunt pœnę, ſed etiam exilium habitabunt cõtinuum: prius eis plagis corporeis infligendis.

[a] infrà poſitum *Hal.*

IVSIVRANDVM QVOD præſtatur ab his qui adminiſtrationes accipiunt,

Tit. III.

IVro ego per Deum omnipotentem, & filiũ eius vnigenitum, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & Spiritum ſanctũ, & per ſanctam glorioſam Dei genitricem & ſemper virginẽ Mariam, & per quatuor euangelia quæ in manibus meis teneo, & per ſanctos archangelos Michaëlem & Gabrielẽ, puram conſcientiam germanúmq; ſeruitium [c] me ſeruaturũ ſacratiſſimis noſtris dominis Iuſtiniano & Theodoræ cõiugi eius, occaſione traditæ mihi ab eorum pietate adminiſtrationis: & omnẽ laborem ac ſudorem cum fauore ſine dolo & ſine arte quacunque ſuſcipio in commiſſa mihi ab eis adminiſtratione de eorum imperio atque republica: & communicator [d] ſum ſanctiſſimæ Dei Catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ: & nullo modo vel tempore aduerſabor ei: nec alium quemcunque permitto, quantum poſſibilitatem habeo. Iuro quoque idem iuſiurandum, quòd nulli penitus neque [e] dedi neque dabo occaſione dati mihi cinguli, neque occaſione patrocinij, neq; promiſi, neque profeſſus ſum de prouincia mittere, neque mittam, neque occaſione dominici ſuffragij, neque famoſiſſimis prefectis adminiſtrationem habentibus, neque ijs qui circa eos ſunt, neque alij hominum vlli: ſed ſicut ſine ſuffragio percepi cingulũ, ſic etiã purè me exhibebo circa ſubiectos pijſſimorum noſtrorum dominorũ: contentus ijs quæ ſtatutæ ſunt mihi de fiſco annonis. Et primum omne habebo ſtudiũ, vt fiſcalia [a] vigilãter inſpiciam: & indeuotos quidem & indigentes neceſſitate, cum omni exigam vehemẽtia, nequaquam ſubinclinatus, neque ob hoc lucrum ipſum omnino conſiderans, aut per gratiam vel odium exigens aliquem citra quàm competit aut cõcedam alicui. deuotos autem paternè tractabo, & ſubiectos pijſſimorum noſtrorum dominorum illęſos vndique quantum poſſibilitatem habeo, cuſtodiam. Et æquus in cauſis vtriq; parti, & in publicis diſciplinis ero: nulliq; parti citra quàm iuſtum eſt, pręſtabo: ſed exequar vniuerſa delicta, & omnem æquitatem ſeruabo ſecundũ [b] quod mihi viſum fuerit iuſtum: & eos quidem qui innoxij ſunt, vndique innoxios illæſóſque conſeruabo: noxijs autem imponam ſupplicium ſecundum legẽ, & omnem iuſtitiam (ſicut iam dictum eſt) in publicis & priuatis cõtractibus eis ſeruabo: & ſi compererero fiſcum iniuſtitiam pati, non ego ſolùm hoc ago, ſed etiam ſemper mihi aſſidentem [c] talem ſtudebo aſſumere, & circa me omnes: vt non ego purus quidẽ ſim: qui verò circa me ſunt, furẽtur & delinquant. Si quis autem inueniatur circa me talis: & quod fit ab eo, me ſanare & eum expellere. Si verò non hæc omnia ita ſeruauero: recipiam hîc & in futuro ſæculo in terribili iudicio magni Domini Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti: & habeam [d] partem cum Iuda [e], & lepra Giezi [f], & tremore Cain [g]: inſuper & pœnis quæ lege eorum pietatis continentur, ero ſubiectus. Scriptum eſt exemplar huius Dominico glorioſiſſimo per Illyricum prætoriorum præfecto.

[b] Nota per quos iurabatur à iudicibus tempore Iuſtiniani.

[c] huc refer formulam iuriſiurandi à Cancellario Galliæ præſtandi, ex Lucio 3. *Placit.* 7 *num.* 1.

[d] *l.* 15. 20 *C. de epiſcop. aud.: l. Vlt. Cod. de poſtulando: l.* 9. *C. de diuerſ. off.*

[e] *§. c.* 7. *tit.* 2.

[a] *§. c.* 8. *tit.* 2.

[b] hinc colligunt, Iudicãdum eſſe ex conſcientia, non ex actis & probatis.

[c] *d. c.* 8.

[d] nota formulam imprecationis. Pars cum Iuda, lepra Giezi, tremor Cain.

[e] *Matth.* 27. *act.* 1.

[f] 4. *Reg.* 5.

[g] *Geneſ.* 4.

VT ETIAM ECCLESIA ROMANA [h] CENTVM †ANNORVM GAVDEAT præſcriptione.

Tit. IIII.

*NOVELLA CONSTIT. IX.*

1. Imp. Iuſtin. A. Ioanni viro beatiſs. ac ſanctiſſ. archiepiſc. & patriarchæ veteris Romæ.

PRAEFATIO.

VT legum originem anterior [i] Roma ſortita eſt, ita & ſummi [k] pontificatus apicem apud eam eſſe nemo eſt qui dubitet. Vnde & nos neceſſarium duximus patriam [l] legum, fontem ſacerdotij, ſpeciali noſtri numinis lege illuſtrare. vt ex hac in vniuerſas eccleſias catholicas quæ vſque ad Oceanum fretum poſitæ ſunt, ſaluberrimæ legis vigor extendatur: & ſit totius Occidentis, necnon & Orientis, vbi poſſeſſiones ſitæ inueniuntur ad eccleſias noſtras ſiue nunc pertinentes, ſeu poſtea eis adquirendæ, lex propria ad honorẽ Dei conſecrata. Cum enim antiqua iura 30. annorum metis temporales exceptiones concludebant, & ſi hypotheca fuerat, paulo longiora eis ſpatia condonabant: nos ſacroſanctas eccleſias huiuſmodi quidem curriculis temporum nullatenus excludi concedimus, maximè in his rebus in quibus vel læſionem ſuſtinuerint, vel quicquam debeatur: ſed centum tantummodo annorum lapſu temporalem exceptionem eis opponi ſancimus: vt maneant per totum prædictum tempus integra iura eccleſiaſtica, & nõ poſſit eis alia pręter † centum annorum obuiare exceptio: cum hoc tempus vitæ [m] longæui hominis plerumque finis eſſe dignoſcatur. Habeat itaque ſanctitas tua hanc legem catholicis totius Occidentis eccleſijs profuturã, & in Oriẽtales partes propagandam, in quibus aliquid ſacroſanctæ poſſidẽt eccleſiæ: vt ſit Deo omnipotenti dignum donarium diuinarum rerum tuitio: nec iniquis hominibus impium remaneat præſidium, & tutus peccandi locus etiam ſcientibus relinquatur: ſed ille ſeruetur innocens, qui re vera innoxius ſit: nec improba temporis allegatione ſeſe tueatur, tempus pro puritate prætendens. Quod igitur noſtra æternitas ad omnipotentis Dei honorem, venerandæ ſedi ſummi apoſtoli Petri dedicauit: hoc habeant omnes terræ, omnes inſulæ totius Occidẽtis quæ vſque ad ipſos Oceani receſſus extenduntur, noſtri imperij prouidentiã per hoc in æternum. Reminiſcentes, huius legis pręrogatiuam

[h] hæc conſtitutio pertinet ad occidentales Eccleſias. Idem antea tributum fuerat eccleſijs oriẽtalibus *l.* 23. *Cod. de ſacroſ. eccleſ.*

† hæc conſtitutio abrogata eſt *Iulian.* per Nouellã 111. introducta 40. annorum præſcriptione, qua de re v. *Cuia.* 5 *obſ.* 5: & *c.* 31. & 34. *de temporib.*

[i] ea eſt Italię. Noua Roma, eſt Conſtantinopolis.

[k] Summi põtificatꝰ apex datus Romano.

[l] Roma legũ patria, fons ſacerdotij: *adde l.* 7. *Cod. de ferijs.*

† hoc dixi abrogari per Nouel. 111. introducta pręſcriptione 40. annorum *Nou.* 131. *c.* 6.

[m] *l.* 23. *Cod. de ſacroſ. eccleſ.*

tiuam (ſicut ſupra dictũ eſt) non ſolùm in Occidẽtalibus partibus Romanæ eccleſiæ condonamus, ſed etiam in Orientalibus partibus, in[a] quibus eccleſiaſticæ vrbis Romę poſſeſſiones ſunt, vel poſtea fuerint, ſcilicet omnibus iudicibus maioribus & minoribus, qui Chriſtiani & orthodoxi ſunt, vel poſtea fuerint: hanc noſtram conſtitutionem ſeruantibus: nihilominus huiuſmodi legis temeratoribus, poſt cœleſtes pœnas etiam legitimũ ſemper vigorem pertimeſcentibus, & pœnam 50. libr. auri formidantibus: hac lege non ſolùm in poſtea emergẽtibus cauſis ſuum tenorem exercẽte, ſed etiam in ijs quæ iam ſunt deductæ in iudicium.

[a] aliàs, poſſeſſiones Romanæ ſitæ in Oriente, iure Oriẽtali fuiſſent præſcriptæ.

EPILOGVS.

¶ Sanctitas itaque tua præſentem noſtræ manſuetudinis legem pijſſimam, ſiue ſacroſanctam oblationem, quã Deo dedicamus, accipiẽs, intra ſacratiſſima vaſa reponat: & a nobis ſeruandam, & omnes eccleſiaſticas poſſeſſiones ſeruaturam. Dat. Conſtantinop. 6. Kal. Maij, Beliſario V. C. Conſule.

DE REFERENDARIIS[b] PALATII.

Tit. V.

*NOVELLA CONSTIT. X.* Gloſſata.

Imp. Iuſtin. Aug Hermogeni [glorioſiſſ.] ſacrorum officiorum magiſtro, exconſuli, & patricio.

PRAEFATIO.

CVM alijs omnibus quæ in ordinem perduximus competentem, neque ea quæ de ſpectabilibus noſtris referẽdarijs ſunt, foras relinquere exiſtimauimus à noſtra ꝑuidentia: & tanto magis, quanto nobis vtiliores conſtituti ſunt, primum quidem eos non in multitudine cõſtitutos, nos, vt adiuuaremus multos per eos ſingulorum facilè petitiones diſcentes, plures eſſe quàm dudum fecimus. 1 ¶ Sed apparuerunt quidam noſtram largitatem in immenſum vocantes, & multos quidẽ nobis introducentes ſupplicantes: multis autem petitionibus vſi, ita ſemper adiectiones in immenſum incõpetens, cauſam ſic perduxerunt honeſtam. nil enim petentibus factum eſt finitum, donec in quatuor & decem eorũ numerus exiret. Propterea igitur, vtpote cauſa iure à nobis honorata, deinde in multitudinem effuſa, ne ꝓpria imminuatur honeſtate, præuidimus certa eorum numerum[c] comprehendere menſura: non vt quæ ſunt, auferamus[d] eis conceſſa, (nec enim hoc imperialis eſt maieſtatis proprium) ſed vt omnium placentium nobis & honeſtè miniſtrantium, foràs aliquos ex his conſtituamus à noſtro miniſterio nullo omnino concedimus modo: ſed manere quidem eos ſancimus ſecundum figuram qua ſunt: neminem tamen omnino adijci, donec in octo viros perueniat numerus: vt hi perpetuò ſint octo conſtituti: numero quidem hoc per nullũ modum aut tempus aucto, feſtinantibus autem ipſis perpetuò inuicem tranſcendere circa nos & imperium cura & deuotione: nemine licentiam habente neque petere aliquid deinceps tale, ſed ſciente quod neque impetrabit petita: pro eadem autem petitione non ſolum obligatus erit pœnæ auri librarum decem, ſed etiam propria ſpoliabitur militia. Volumus enim eos in menſura quidem vſque ad dictum numerum contineri: iuſtitia verò & alijs virtutibus augeri, & ad maius apparere. Multitudo enim numeroſa nihil habet honeſtum: quoniam in paucis ex multis quæ ſecundùm virtutem eſt, vita ſaluatur. Maneant igitur ſecundum quod prædiximus, nunc in eadem figura.

[b] v. Iulianum *Conſtit.* 16. Hi recitãt principi ſupplicũ deſideria: & mãdata principis iudicib. inſinuant *Nouel.* 113. 124: *l.* 2. *C. de of. eius qui vice*: *Procop. de bello perſico*: 4. *Ammon.* 41. De referendarijs maioris eccleſiæ dictũ eſt, *Nou.* 6.

[c] Referendarij ad veterẽ numerum rediguntur, vt clerici *Nou.* 3.

[d] Cõceſſa auferre, non eſt ꝓprium Imperatoris *Nouel.* 81. *c.* 2. *in fin.*

[e] Multitudo numeroſa, nihil habet honeſti.

EPILOGVS.

¶ Hæc autem tua eminentia cognoſcens cuſtodiat, vt nullo tempore tranſgrediatur aliquid eorum quæ à nobis ſancita ſunt: ſed eos qui præter hoc aliquid agunt interminatam exigi pœnam, tanquam ea petentes, quæ nec petere licet[f], neque dare poſſibile eſt. ſitque & hæc lex noſtra multitudinem quidem expellens: introducens verò virtutem, quæ non[g] in multis apparet: & præcipuè in viris procedentibus ex patribus[a] quidem bonis, ſuam autem vitã conſtituentibus tam in petitionibus indigentiũ, quàm ad noſtrum in eos auxilium. Quæ igitur placuerũt nobis, & per hanc ſacram legem manifeſtata ſunt, tua eminentia operi effectuique tradere feſtinet. Dat. Id. Maij, Conſtantinop. Beliſario V. C. Coſ.*

[f] Quod petere nõ licet, dari non poteſt: & è contra.

[g] Rari quippe boni &c. Pauci dignoſcere poſſunt Vera bona.

[a] Fortè creantur fortib.

*Deeſt hic Nouel. XI. vt & in omnibus Græcis editionibus titulus eius tantum ſupereſt in hanc ſententiam.*

VT QVAE CIRCA VIMINACIVM[b] SVNT ECCLESIAE[c] SVB PROPRIO archiepiſcopo ſint, non autem amplius ſint ſub archiepiſcopo Theſſalonicæ.

*At illam integram reperi in veteri quodam libro manuſcripto, vbi inſcribitur.*

DE PRIVILEGIIS ARCHIEPISCOPI IVSTINIANAE[d] PRIMAE[e], ET SEDE P P. Illyrico in Pannoniam ſecundam, id eſt, Iuſtinianam primam transferenda.

Tit. VI.

*NOVELLA CONSTIT. XI.*

Imp. Iuſtin. A. Catelliano viro beatiſſimo Archiepiſcopo primæ Iuſtinianæ.

PRAEFATIO.

MVLTIS & varijs modis noſtram patriam augere cupiẽtes, in qua primò Deus præſtitit nobis ad hunc mundum quem ipſe condidit, venire, & circa ſacerdotalem cenſuram eam volumus maximis incrementis ampliare, vt primę Iuſtinianæ patriæ noſtræ pro tempore ſacroſanctus antiſtes, nõ ſolùm metropolitanus ſed etiam archiepiſcopus fiat: & ceteræ prouinciæ ſub eius ſint authoritate, id eſt tam ipſa mediterranea Dacia, quàm Dacia Ripenſis: nec non Myſia ſecunda, Dardania, & Præualitana[f] prouincia, & ſecunda Macedonia: & pars ſecundæ etiam Pannonię, quę in Bacenſi eſt ciuitate. Cum enim in antiquis temporibus Firmi[g] præfectura fuerit conſtituta, ibiq; omne fuerit Illyrici faſtigium tam in ciuilibus quàm in epiſcopalibus cauſis, poſteà autẽ Attilanis[h] tẽporib. eiuſdem locis deuaſtatis Apennius præfectus prętorio de Firmitana ciuitate in Theſſalonicam profugus venerat, tũc ipſam prefecturam & ſacerdotalis honor ſecutus eſt: & Theſſalonicenſis epiſcopus non ſua auctoritate, ſed ſub vmbra præfecturæ meruit aliquam prærogatiuam. Cùm igitur in præſenti Deo auctore, ita noſtra Reſpubl. aucta eſt, vtraque[i] ripa Danubij iam noſtris ciuitatibus frequentetur, & tam Viminacium quàm Recidua & Litterata quæ trans Danubium ſunt, noſtræ iterum ditioni ſubiectæ ſint, neceſſarium duximus ipſam glorioſiſſimam præfecturam quę in Pannonia erat, in[k] noſtra feliciſſima patria collocare, cùm nihil quidem magni diſtat à Dacia[l] Mediterranea, ſecunda[m] Pannonia. Et quia homines ſemper bellicis ſudoribus inhærentes non erat vtile Reipubl. ad primam Macedoniam poſt tot ſpacia tantaſque etiã difficultates venire, ideo neceſſarium nobis viſum eſt ipſam præfecturã ad ſuperiores partes trahere, vt iuxta eam prouinciæ cõſtitutæ, facilius ſentiãt illius medicinam. Et ideo tua beatitudo & omnes præfatæ primæ Iuſtinianæ ſacroſancti antiſtites archiepiſcopi[n] habeãt prærogatiuam[o], & omnem licentiam, ſuam auctoritatem eis impertiri, & eos ordinare, & in omnibus ſupraſcriptis prouincijs primam habere dignitatem, ſummum ſacerdotium, ſummum faſtigium à tua ſede creentur, & ſolùm archiepiſcopum habeant, nulla communione ad eum Theſſalonicenſi epiſcopo ſeruanda: ſed tu ipſe & omnes primæ Iuſtinianæ antiſtites, ſiue eius iudices & diſceptatores, quicquid oriatur inter eos diſcrimen, ipſi hoc dirimant, & finem eis imponant, & eos ordinent: & nec ad alium

[b] v. Iulianum *Conſt.* 9.

[c] quaſq; ſubligauit imperator.

[d] Achrido. vel vt ait Agathias, Vedecina ciuitas Illyrici Iuſtiniani natalis v. Gregoram *lib.* 2.

[e] Aliæ ſunt Iuſtinianę. in Africa, Carthaginenſiũ *Nou.* 131. quæ à Iuſtiniano vindicata & reſtituta imperio Romano Alia fuit Iuſtiniana ſecunda in Cypro inſula, patria Theodorę vxoris: Nicephor. Alia Iuſtiniana noua in Nouella 8. & alia Nouella 28. Gregorius 4. *epiſt.* 59. facit mentionem Iohannis epiſcopi Iuſtinianæ primæ.

[f] *Nou.* 131. *c.* 3.

[g] Firmij, olim ſedes Præfecti Illyrici. Fortè legendum Sirmij: vnde Pannonia Sirmienſis, quondam Gothorum ſedes Caſſiodoro; *Varia.*

[h] .i. Attilæ.

[i] hic locus valde notandus eſt. Indicat n. quẽadmodũ epiſcopi paulatim alij alijs imperauerint. Nã colore ſedis præfecturę Pretorianæ, epiſcopi earundem vrbium ceteris antiſtare potuerunt *vt hic*, quo nomine magnæ ortę ſunt cõtrouerſię inter Rauẽnatẽ & Romanum epiſcopum.

[k] Hic locus oſtẽdit, Iuſtiniani patriam non fuiſſe Dalmatiam vel Thraciã, ſed Pannoniam: quæ hodie appellatur Bulgaria. [l] Daciæ verbum comprehendit hodie Tranſſiluaniam, Valachiam, Moldauiam. [m] id eſt, inferior hodie Hungaria: ſuperior Auſtria, Carinthia, Carniola. [n] qui & patriarchæ. [o] *Nouel.* 131. *c.* 3.

quendã eatur, ſed ſuũ agnoſcant Archiepiſcopum omnes prædictæ ꝓuinciæ & eius ſentiant creationẽ, & vel per ſe vel ꝑ ſuam auctoritatẽ, vel clericos mittendos habeat omnem poteſtatẽ, omnẽmq; ſacerdotalẽ cenſurã, & creationis licentiam. Sed & in Aquis, quæ eſt prouinciæ Daciæ Ripenſis, ordinari volumus à tua ſanctitate epiſcopũ, vt non in poſterum ſub Meridiano Thraciæ oppido epiſcopo ſit conſtituta, ſed Meridianus quidem maneat in Meridiano, nulla communione cum Aquis ſeruanda. Aquenſis autem epiſcopus habeat præfatam ciuitatem, & omnia eius caſtella & territoria & eccleſias, vt poſſit Bonoſiacorum [a] ſcelus ex ea ciuitate & terra repellere, & in orthodoxã fidem transformare. Vt igitur ſciat beatitudo tua noſtri numinis diſpoſitionẽ, ideo præſentem legem ad tuã venerabilẽ ſedem tranſmiſimus, vt in perpetuum tale beneficiũ habeat patriæ noſtræ eccleſia in Dei omnipotentis gloriã; & noſtri numinis ſempiternam recordationẽ. Quando autem tuæ recordationis ſedis gubernatorem ab hac luce decedere contigerit, pro tempore archiepiſcopũ eius à venerabili ſuo concilio metropolitanorum ordinari ſancimus, quemadmodum decet archiepiſcopum omnibus honoratum eccleſijs prouehi, nulla penitus Theſſalonicenſi epiſcopo nec ad hoc communione ſeruanda.

EPILOGVS.

¶ Beatitudo igitur tua, quæ noſtra ſanxit æternitas, modis omnibus ad effectum perducere non differat. Datum XX. Biliſario V.C. Conſule.

## DE INCESTIS [b] ET NEFARIIS NVPTIIS,

Tit. VII.

### *NOVELLA CONSTITVT. XII.*

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Floro glorioſiſſimo comiti ‖ vbicunque poſitæ diuinæ rei priuatæ‖

PRAEFATIO.

PRO inceſtis dudum nuptijs ſcriptas ab imperatoribus leges non perfectè habere iudicamus: quæ eos quidem qui inceſtis copulantur nuptijs, impunitos [c] ſinunt: ex his autem procedentem ſobolẽ, vtique inculpabilem [d] exiſtentem, priuãt rebus patris: vt neceſſitas ſit eos quidem qui peccant, ſine reatu eſſe: eos autem qui innoxij ſunt, tanquam peccantes puniri.

De inceſtis & nefarijs nuptijs.

CAP. I.

SAncimus igitur de cætero, ſi quis illicitas & cõtrarias [e] naturæ (quas lex inceſtas & nefandas & damnatas vocat) contraxerit nuptias: ſi quidẽ [f] non habuerit filios ex prioribus legitimis & inculpabilibus ſibi cõtractis nuptijs, mox ei ſuarum rerũ caſum imminere: ſimul autẽ & eorum quæ nomine dotis data ſunt ei, in nullo potiri: ſed omnia ærario adſignari: eò quod dum licuerit nuptias facere legitimas, contra [g] leges amauerit: & cõfuderit [h] quidem ſobolẽ, nocuerit autẽ & generi: egerit verò quæ impia ſunt & ſceleſta, & talia concupierit, qualia plurima etiã irrationabilia [i] amouent animalia, ſitq; ei pœna non cõfiſcatio ſolùm, ſed etiã cinguli priuatio, & exiliũ [k]: & ſi vilis [l] fuerit, etiã corporis verberatio, quatenus diſcat caſtè [m] viuere, & intra naturã ſe continere: non autẽ delectari & amare [n] vltra terminum traditũ nobis à natura, ‖etiã his legibus repugnare.‖ Muliere quoque, ſi legem ſciens [o] hanc quidem neglexerit, inceſtis autem ſemetipſam tradiderit nuptijs, ſub eadem conſtituenda pœna.

Vt liberi legitimi inceſtuoſorum ſupplicio patris ſui iuris fiant, & res patris accipiant.

CAP. II.

SI verò contigerit ex prioribus nuptijs inculpabilibus filios eſſe ei, aut nepotes fortè, aut vlterius: paternã mox illi accipiant ſuſceſſionẽ, ſuæ [p] quidẽ poteſtatis patris ſupplicio facti, paſcentes [a] autem eum, & alia neceſſaria præbentes. Nam licet [b] legum contemptor & impius ſit, tamen pater eſt.

Intra quod tempus huic conſtitutioni locus ſit, & quid inceſtuoſi filij iuris habeant in bonis patris.

CAP. III.

ET hoc quidem ſequens tempus habeat poſt præſentem noſtrã conſtitutionem currens: nullo contriſtãdo ſi caſtè vixerit. licebit .n. nihil peccantes ſub hac lege non ſubdi. Quod verò iam tranſactũ eſt, nec omnino relinquimus innoxium: nec omnibus modis ſub acerbã indignationẽ ſubmittimus: ſed ſi quæ inceſtæ factæ ſunt nuptiæ, ſi quidẽ contigerit eas quolibet modo diſſolui [c], ſine reatu ſint. Si vero hæc noſtra lex inuenerit aliquem poſt tales nuptias, licentiã ille habeat, ex quo omnibus inſinuata eſt, intra duos annos ſic ſibi copulatã dimittere coniugẽ, non reuerſurã vlterius ad eum: neq; ſeparatam quidem figuraliter [d], ꝓ veritate verò coniunctã. forſan enim ſic prioribus ſatisfaciat, ſola quarta eius ſubſtantiæ parte ad fiſcum deferenda, & ad filios omni alia ſubſtãtia: quã eis tanquã innoxijs concedimus: vt ſi quidem ſoli & nõ cum alijs & ipſis legitimis ſint, ex alijs nuptijs inculpabilibus exiſtẽtibus: non priuentur paterna ſucceſſione: niſi iuſtè eos odio habens pater propter aliam quandã legitimam offenſionem à ſua excludat ſucceſſione. 1 ¶ Si verò etiã nuptiæ ſint aliæ priusfactæ, & non offendentes legẽ & filij inde oriantur: tres quidẽ partes hæreditatis vndiq; inculpabilibus & innoxijs relinqui filijs: niſi [e] aliquid offendant aliud quod eos indignos patris ſecũdum legem ſucceſſione demõſtret. quartam verò filijs iniuriam quidem paſſis, innoxijs tamen relinquere liceat, & ipſis inculpabilibus per omnia alia circa patrem viſis, ſcilicet & percepta ex paterna ſubſtantia quarta parte, quam fiſco dari præcipimus. Damus autẽ eis non ex teſtamẽto ſolo, ſed etiam ab inteſtato genitorum ſecundum prius a nobis dictum modum fieri hæredes: hoc eodem valente, ſi etiam poſtquã prius dimiſerit coniugem inceſtè ſibi cõmiſſam vel copulatam, alteram duxerit ſecũdum legem vxorẽ; filijs ei & ex priore exiſtentibus, & poſtea ex legitima procreatis. ſic enim prius tempus clementiæ vincimus, dote quippe præcedenti mulieri danda. Si autẽ vxorẽ non dimiſerit intra duos annos ex quo lex fuerit publicè inſinuata, & ipſe cadat ſua ſubſtantia, & mulier dote, & ſupradicta fiat pœna, tales quoq; filij nihil ex paterna ſubſtantia habebunt, neq; ex materna dote. Sed ſi qui fuerint ex prioribus nuptijs innoxij filij ei procreati: illi res accipiãt (poſt quartã quippe partem quæ ad fiſcum defertur) ſuæ poteſtatis effecti, & patrem [f] alentes, & aliam ei præbentes ſufficientem ſanationem, ſicut prædiximus: dote etiam hîc inceſtæ coniugis ſub fiſco facienda. Si verò filij non ſint ex prioribus inculpabilibus nuptijs hoc agenti procreati: tunc totius eius ſubſtantiæ dominus erit fiſcus. hæc enim etiam in poſtea nubentibus inceſte, ſancimus, ſub æqualitate per omnia ponentes eum qui non dimittit intra prædictum à nobis tempus inceſtam coniugem, cum eo qui poſt hanc noſtram legem inceſtas & odibiles quaſdam nuptias elegerit.

De naturalibus liberis ante dotalia inſtrumenta natis.

CAP. IIII.

DVbitatũ [g] itaq; etiam in quibuſdã gentibus aliquid de legitimis filijs ex noſtra conſtitutione factis, exiſtimauimus rectè ſe habere nos tanquã legis patres & adijcere ei, & ſoluere dubitationẽ. etenim cum tali intellectu ab initio legem poſuimus. nam & ſi legitimorum quiſquã ſit pater, & abeũte [h] eius vxore ex hominib⁹, aut etiã legitimè tranſigente, habuerit quandã conſuetudinem ad aliã mulierem, quã licebat etiam legitimè ducere vxorem, & fuerint ei filij aut ante dotalia documenta, ſi tamen ea fecit, aut etiam poſtea, vel etiam ſoli maneant ante dotalia filij, ſecundis autẽ non procreatis, aut etiam poſtquam nati ſunt, morientibus: exiſtimauerunt quidã non poſſe ſecundos eſſe legitimos: quoniam præexiſtant ex priori coniuge alij legitimi & proprij filij. quod nullã rectã & conſequentẽ habet conſonantiã. Si enim huiuſmodi filios nos legitimos & proprios demonſtrauimus,

dotalium

[a] videtur innuere Bonoſianos, quorum meminit Gregori⁹ *in Epiſtol. ad Quintum de cõſecratione: diſt. 4. c. 1. Si verò. adde Innocentium epiſt. 20. 21. Iſidorum. adde eũdem Greg. 9. regiſt: Ind. 4. epiſt. 61.*

[b] περὶ ἀθέμιτογαμιῶν, *Scrimger. 5. C. 4. Nouell.* 139. 154. περὶ αἱμομικτῶν, .i. de his qui ſe ſuo ſanguini miſcent. *Harmenop. 6. tit. 4. §. Iuliani conſt. 32. §. Clar. 9. ſen. 9.*

[c] Ante Iuſtinianum nuptias contrahentes inceſtuoſas impuniti: è contrario eorum filij, ſucceſſione priuati. legimus tamẽ inceſtuoſos deportatos, *l. 5. ff. de quæſtionib.*

[d] Inceſtuoſi fili⁹, ſine ſua culpa ita naſcitur.

[e] Inceſtæ, nefandæ, nuptiæ damnatæ, cõtrariæ naturæ vt hîc: moribus *l. 8. l. 39. ff. de ritu*: iuri gentium *l. 68 d. tit.* contra leges j. *eod.*

[f] Pœna inceſtuoſas nuptias contrahentis *adde l. 6. Cod. eod.*

[g] Inceſtuoſus contra leges amat.

[h] *Nouel.* 154.

[i] Irrationabilia quædam animalia ab inceſtu abhorrent.

[k] .i. deportatio in inſulã.

[l] Durius punitur vilis, quàm nobilis.

[m] Caſtè viuendum.

[n] Vltra terminos datos à natura, non eſt amandũ. [o] aliud ſi ignarus *l. 11. ff. de ritu.* ἀκούσιον ἐν μεταμελείᾳ ἐστὶν: *Ariſtot. 3. Ethicor.* [p] Nota nouum modum ſoluendæ patriæ poteſtatis.

[a] Parẽtes inopes, à liberis alendi *c. 3. §. 1. inf.*

[b] Pater, quãtũuis impius & contẽptor legum, fouẽdus tamen à liberis. An in omni crimine id locum habet? maieſtatis excipe, & ſimilia. An banitum parente impunè fili⁹ tectò poteſt excipere? licere non puto, mitius tamen puniri *l. 2. ff. de receptatorib.* & ſi leuis exilij cauſa, omnino excuſari, alioquin patria parentibus potior, *v. quæ dixi ad l. 19. §. 7. ff. de captiuis.* idq; etiam fieret contra leges. Parẽs legum contemptor hîc quidem adijcitur, ſed nominatim lex ei indulget alimenta a liberis præſtanda.

[c] Inceſtæ nuptiæ, ſtatim diſſoluendæ *l. 4 inf. C. eo.*

[d] τῷ σχήματι, .i. ſpecie ten⁹.

[e] Pœna inceſtuoſi contumacis.

[f] *c. 2. §. eod.*

[g] .i. mota quæſtio eſt.

[h] hinc ſumpta eſt Authẽtica quod ius Authenticæ, de naturalibus liberis.

dotalium [a] documentorum contenti confectione: legitimi verò etiam primi conſtituti ſunt in omnibus: legitimus etiam pater moritur & ijs qui ex prima fuerũt, & qui de ſecunda, licèt ante dotalia documenta procreati ſunt, & nullus poſt eos poſt documentum dotis natus eſt, aut etiam natus & mortuus. & licentiam lex ei præſtat quo vult teſtari modo, in ſuam ſobolem, vt tamen non offendat in aliquo leges, quæ menſura certa ſucceſſionis omnes filios vocant. Venient igitur etiam ab inteſtato & ex teſtamento (ſicut & pater & lex permittit) proprij exiſtentes atque legitimi: alterutriſque ſuccedent. Quid enim aliud decernimus, cum ſufficiat legitima & ſuorum appellatio ſub poteſtate eos oſtendere, & dare etiam contra teſtamentum quæ leges præbent, & omnia habere quæcunque huiuſmodi appellationem decent?

## EPILOGVS.

¶ Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc legem declarata ſunt, agnoſcens, operi effectuique tradere feſtinet, præcepto vtens apud gentium præſides, vt & qui foris ſunt homines, agnoſcant quia ſobolis innoxiæ & puræ curam habuerimus, & alienigenas atq; noſtris odibiles [b] legibus auerſamur copulationes. Dat. 6. Id. Octob. Conſtantin. Beliſario V.C.C. indictione XIIII.

## DE PRÆTORIBVS POPVLI [c],

### Tit. VIII.

### *NOVELLA CONST. XIII.*

Idem A. Conſtantinopolitanis.

### PRÆFATIO.

CLARISSIMORVM vigiliæ Iudicum nomen honeſtum & antiquis Romanis cognitum neſcimus quemadmodum in aliam tranſlatum eſt appellationem & ordinem. Patriæ enim noſtræ vox *Præfectos* eos *Vigilum* appellauit, vigilantibus & nihil imperſcrutatum relinquentibus hominibus, hoc cinguli præponens. Vox enim Græcorum neſcimus vnde præfectos eos appellauit noctium, tanquam neceſſarium eſſe ſole quidem (veriſimiliter) decumbente exurgere cingulum, quieſcere autem debilitato. Quid enim erat propter quod noctium addidit nomen? Si enim quodammodo hac ſola dignitate quæ in noctibus ſunt non rectè geſta curam habente & circumluſtrante ciuitatem, hanc habuit appellationem, ſed hoc ipſum & ciuitatis cingulum videmus agentem. quatenus nihil intereſſet quod prohiberet ſuper appellatione iſta etiam dignitatem illam hoc nomine vocitari. Si enim diuidi dignitates poſſunt, & glorioſum quidem præfectum feliciſſimæ huius ciuitatis eſſe diurnum iudicem, alios autem noctis: vehementer competentium aberrauerint, rectitudinem nominum neſcimus quemadmodum corrumpentes. Hanc igitur appellationẽ miſtam nebuloſam exiſtentem & obſcuram & noctis [d] prænomen, fortaſſis refugiũt omnes, & pœnam eſſe hanc adminiſtrationem exiſtimant, & neque imperialium dignam codicillorum eſſe putant.

### CAP. I.

NOs igitur rem quomodo oportet aſpicientes æſtimauimus oportere dignitatem hanc à principio incipientem ab appellatione, in totum erigere & Nyctéparchum nullatenus de cætero vocari. Curam enim habebunt eorum quæ in diem & in noctem præter quod competens eſt, aguntur. Igitur quoniam antiquis Romanis vehementer *Prætoris* placuit nomen, propterea exiſtimauimus eos prætores plebeios oportere nominare qui ad cuſtodiam & diſciplinam conſtituti ſunt, & plebeiam poſſunt compeſcere ſeditionem. & ſicut cæteri prætores ſunt in curia Senatus, libertatum & tutorum & talium præſides, ita ſint & iſti prætores ſuper [e] populorũ rectitudine, & noſtra quidem voce *Plebis prætores* appellentur, Græca verò iſta, & communi ‖lingua‖ *Prætores populorum*. *Prætoris* enim qualiter eſt honeſtum nomen, qualiter non [f] longè conſtitutum à conſulatu, qualiter vicinum legi affictum, manifeſtant leges, conſulatui coniungentes prætores; ſecundum eis cum [a] lege dantes ordinem. Et quemadmodum antiquitus conſules fuerunt qui magnæ [b] præerant curiæ, principes autem plebis qui plebem gubernabant, ita & nunc ſunt prætores quidem Senatus, qui ea quæ pridem à nobis dicta ſunt, agunt, principes [c] verò populorum hi qui quietem eorum defendunt, & quod eis expedit, prouident.

2 ¶ Reuera enim dignitatem hanc olim honeſtam cõſtitutam & in ſeniore Roma in vſu frequentatam ſplendidè, in temporibus non ſolùm quæ Imperatores habuerunt ſed & adhuc longius, & magna ciuitas hanc ſuſcipiens dignitatem non deſpectam habuit. Neque enim veteribus temporibus didicimus aliquas magnas dignitates adminiſtratas, quę circa Imperium ſunt, & poſt hęc non dignari de hac re ſolicitudinem fieri. paulatim ‖verò‖ ita res abiecta viſa eſt & nullius rei digna, vt neque ex codicillis noſtris ‖fieret,‖ iaceret autem ſub glorioſiſſimis præfectis feliciſſimæ huius ciuitatis, & multa ex ordine eorum iſta ſuſciperet dignitas & adminiſtraret eam peſſimè. Etenim ſi quis inſpiciat antiquitatis eius cingulum, vehementer eam qualis pridem erat, & de his quæ nunc ſunt, docebitur. cognoſcet enim eam & forum [d] propriũ & officium commentarienſis habentem, & alia omnia quæ penè ciuitatis cingulo à legibus deputata ſunt.

### CAP. II.

QVia igitur nos omnia perſcrutantes quæ facta ſunt pridem, feſtinamus in meliorem ordinem & antiquam honeſtatem & huius rei reducere ornamentum, vt non furta ab ijs fiant frequentia & ſocietates cum furibus, & iudicia negligi & ſperni, & nullius dignæ procedant rationis, propterea exiſtimauimus quæ circa ea ſunt definire. Scimus.n. quoniam ſi propter pecuniarias lites, in quibus non magnum eſt periculum niſi in pecunijs ſolis, attamen dignitates eas iudicant magnæ, & multotiens etiam coniudices [e] dantur & innumerabiles nobis ſolicitudines ſunt vt non cauſæ ſine iudicio procedant, quomodo [f] non competens eſt de iudicibus, quib⁹ ſuper [g] animabus iudicantium eſt periculum, omnem ponere prouidentiam qualiter alicuius digni efficiantur rationis, ne quando animam perdant hominis nati quidem ſemel, recipere [h] autem eam dum perdiderit, non valentis?

### CAP. III.

PRimum quidem ‖igitur‖ ſancimus neminem omnino in prędicta dignitate adeſſe, priuſquam à nobis codicillos adminiſtrationis accipiat, & nulla ratione pręſumere citra [i] Imperiales codicillos ad curam iſtam accedere; ſed expectare imperium & exinde conſcriptum iudicium. Nos enim nulli prædictam dignitatem trademus, niſi magnificis illuſtribus aut ſpectabilibus comitibus conſiſtorianis aut clariſſimis Tribunis prætorianis & notarijs qui hanc ſuſcipiant dignitatem, aut alijs adminiſtrationes agentibus & apparentibus [k] nobis aptis & noſtro dignis teſtimonio, quatenus eos prædictam habentes honeſtatem & honorem defendere [l] præſertim pro [m] iuſtitia, propter quod pro [n] animabus eſt intentio & multis homicidij conſueuerunt litibus habitare, & de adulterijs & inuaſionibus & rapinis & ſi quid tale eſt.

1 ¶ Oportet [o] ergo talibus criminibus præſidentem virum eſſe vndique honeſtum & irreprehenſibilem, & huiuſmodi auditorij dignum & omnis abſtinentem furti ‖ſeu munerum acceptionis‖ & puras habere manus. Habere autem & conſiliarium probatum vnum. etenim neque citra vſum conſolationis eos relinquemus, ſed vnicuique eorum tot ſolidos occaſione annonarum annis ſingulis dabimus quatenus hi ſufficientes his, nulli adquieſcant furto aut venalitati [p]. 2 ¶ Sed neq; per dationem fieri omnino quemadmodum in quibuſdam fiebat temporibus, neq; προϊέσθαι [q] aurum vlli. In [r] æquali enim crimine efficitur & qui dat alicui occaſione dignitatis, quod, ſi factum fuerit, adquieſcens. vt ſecundum dandum ab eo iuſiurandum manifeſtatur.

[a] Concubinatu in matrimonium cõuerſo; liberi ſui & legitimi fiebant *l. 5. C. de naturalib. liberis*. Dotalia inſtrumẽta poſtea requiſita, *vt hic: & Nouell.* 18. dos, eſt cõcubinatus abolitio, & nuptiarum argumentum. Sufficit etiam quodcunque aliud argumẽtum nuptiarum, dummodo ſcriptum *Nou.* 117. *c.* 2.

[b] Inceſtuoſæ nuptię, legib. odibiles.

[c] addũt Græci. ἤτοι νυκτεπάρχων. de officio prętoris populi, Iulianus *conſtit.* 23. pręfecti vigilum de quo *v. 1. ff.* 15. *adde Cuia.* 8. *obſer. vlt.*

[d] Magiſtratibus, idoneæ appellationes tribuẽdę.

[e] Obiecta Præfecti vigilum.

[f] Prætorium nomen non longè à conſulatu. Prætores conſulum collegæ, non quod pari imperio (conſulum enim imperium mai⁹ eſt *l. 4. ff. de recep.*) ſed quòd ijſdem auſpicijs crearentur, rogarentur *Cicero ad Atticum*. Qđ ijdem quaſi collegę auſpicia turbarent aut retinerẽt, quod ſe inuicem collegas appellarent *Plinius in Panegyrico adde Nou. 24. c. 1.*

[a] μετὰ τὸν νόμον. Ius ciuile ſubſequitur ius prętorium. *l. 14. in f. ff. de teſtib.* Prætor, lex loquens: lex, mut⁹ Prætor.

[b] Plinius in Panegyrico. Parum eſt, vt conſul in Curiam venias; niſi & conuoceſis vt interſis Senatui, niſi & pſideas: vt cenſentes audias, niſi & perrogas

[c] .i. Prætores populi..

[d] Præfectus vigilum, Cõſtantinopoli forũ habuit officiales, & commentarienſes.

[e] συνδικασταὶ.

[f] Maior cura eſſe debet, in iudicijs criminalib⁹, quam ciuilibus & pecuniarijs.

[g] Iudicis publici obiecta.

[h] Vita ſemel amiſſa; reſtitui nõ poteſt.

[i] Prætores plebis; citra codicillos imperiales non creantur.

[k] .i. ijs qui nobis videntur apti. ſenſus eſt omnino permutatus: ſic reſtitue: Nemini prætorũ adminiſtrationem trademus, niſi qui eam ſuſcipiunt, de numero ſint magnificorũ, illuſtriũ & ſpectabilium comitũ aut ſublimiſſimi tribunalis clariſſimorum tribunorũ prætoriorum & notariorum, aut qui alioquin officiorum in prouincijs adminiſtrationem habent, & idonei noſtroque teſtimonio digni viſi ſint: quo magis prædicta grauitate & honore inſigniti, ius diligenter reddant, præſertim cùm de vita certandũ eſt. Conſueuerunt enim vt plurimum de perpetratis cædibus, de adulterijs, de aggreſſione, rapinis & id genus alijs iudicare. *Hal.* [l] id eſt, defendant. [m] id eſt, in cauſis criminalibus. [n] Cauſæ capitales, non ſunt committendæ, niſi idoneis iudicibus. [o] Nota mores dignos prætore plebis. [p] καπηλείας. Ea eſt depeculatio. [q] profundere. Vetat imperator ne vt olim largitiones fiant: aurũmve vlli erogetur. [r] id eſt, Pari crimine tenetur qui dat, & qui accipit.

## CAP. IIII.

Didicimus autem eis ad obſequium eſſe officia maligna: dicimus autem latronum cognitores [a] & veneficiarios [b] & cingulorum [c] inciſores & aliam multitudinem, quorum vnumquemque competens eſt caſtigare magis quàm taliter viuere. Neque enim latronum cognitor talis eſt, quomodo in bonum quid agere, ſed in hoc tantummodo cognoſcunt fures, vt lucrum ſibi & iudicibus ſuis venentur. quæ omnia competens eſt eos qui nunc à nobis in præturam populi tranſeunt, odiſſe & auerſari, & mundis vti manibus, & reſecare omnia quæ præcepta ſunt, ſiue de furto ſiue de alijs delictis, & ciuitatem [d] nobis emundare ab his quæ furta operantur beſtijs, & viris induſtrijs vti ad hæc miniſtris, & proprio officio offerri competenter, quatenus timorem eos habeat ſui iudicis, & omnia agant cum vehementia & bona voluntate. & [e] dignè iudicio de ſe, neque multi aliqui fures erunt & furta celeriter inuenientur & peccantes imminuentur, timentes dignitatem [f], quoniam nemo comparet pecunijs. Sed & crimina vel ſi vehementiſſima ſint, cognoſcent, & populares ſedabunt turbas, ita glorioſæ huius & regiæ iudici ciuitatis, ſed nobis obſequentes, & omni digni eo honore, tanquam iudices minores à iudice maiore euacuent eius ſolicitudines, nihil eligentes agere quod non eſt bonorum virorum & imperialis teſtimonij dignum. 1 ¶ Si verò aliquando contigerit (hoc quod non optamus) fieri aliquid in hac ciuitate incendium [g], oportet eos præſentes eſſe & miniſtrare: & maximum hoc opus habere: ne fures & ſubtrahentes infeliciſſimorum res, eripere & ſaluare quantum poſſunt res ab ignis violentia. Etenim ſi circa hanc dignitatem facti fuerint induſtrij, maior eos ſedes excipiet & honeſtior dignitas, & cognoſcent quantum eſt quod cum honeſtate viuitur, quàm hanc contemnere, vti autem multis manibus & per eas impiè agere & poſtea agere propter quod nihil horum quæ ita congregantur, conſueuit manere, ſed malè colligere & ſtatim deperdere. vt igitur noſtros ſubiectos inuitare quidem per hanc æſtimauimus oportere occaſionem, & ſolatium eis dare tantum & homines honoratos ad medium adducere vt eorum virtutem ſentiant ſubiecti. Habebunt autem ſpectabiles populorum prætores & conſiliarium noſtro ſuper eo iudicio, ſicut diximus, dignum.

[a] delatores. Ij ſunt exploratores, qui magiſtratib. indicant fures. ab his delatoria curioſitas *l. 6. in f. ff. de iur. & facti.*
[b] *βενεφικιαλίυς.*
[c] *βαλαντιοτόμυς.*
[d] ſic reſtitue, & vrbem veluti beſtijs furta exercentibus perpurgent.
[e] .i. nam ſi digne ſe gerere voluerint, neque multi aliqui fures, &c.
[f] .i. dignitatē timētes, quā nemo poſſit pecunijs corrumpere.
[g] Prætores plebeijs incendijs arcendis deputati.

## CAP. V.

Aſſiſtent autem eis & viceni milites & triceni matricarij [h] (quos nunc nos conſtituimus) diſpoſitionibus obſequentes eorum, & ſicubi Δ E O I eos qui indecenter agunt detinentes & competenti ordini tradentes ‖ diſciplinam. ‖ Oportet autem eos manifeſtè ſcire, quòd ſi mundos ſemetipſos conſtituerint, & Dei auxilium habebunt, & noſtra placatione non fraudabuntur, & longior eis dignitas erit. Quis enim bene & rectè agentem amouere [k] velit?

[h] Matricarij ſiphonibus, hamis, dolabris incendiū extinguebāt quaſi matericarij, vnde ξυλυργοὶ a Cedreno.
[i] .i. & ſicubi opus fuerit.
[k] Strenui iudices, nō ſunt ab officio remouendi.

## CAP. VI.

Sed ſi tranſmittatur eis aliquis à iudicio viri clariſſimi præfecti huius feliciſſimæ ciuitatis, quatenus ſupplicijs ſubijciatur, ſcrupuloſè inquirant dignitatem & doceantur in quibus occidunt hominem aut auferunt membrum aut tale aliquid, ſciſcitantes & ab ipſo glorioſo præfecto, ſi & hoc præuiderit, vt cum ſubtilitate proferant ſententiam aut animæ aut membri alicuius auferendi à deſtinato.

1 Quemadmodum enim ſpectabiles prætores populorum talibus honorauimus donationibus, dignos eos facientes & codicillis [l] à noſtra procedentib. manu & annonis & appellatione tanta & alijs quæ dicta ſunt, ita eos exigimus reddere nobis ſuam puritatem & in omnibus vigilantiam, & cuncta agere æquali & iuſta conſcientia & pura manu. Si enim aliquid apparuerint delinquentes, aut furantes, aut furibus adquieſcentes, aut non omnibus reſecantes modis, & dignos quidem morte ſupplicijs ſubdentes, mediocria verò agentes expellentes à magna hac ciuitate vbi nos præceperimus: ſciant quòd ipſi pro his reddent rationem non Deo ſolùm ſed & nobis, & rei fient & omni damno quod ſubiectis contigerit, & noſtræ indignationi, & velociter cum infamia a dignitate repelli noſtra. propterea enim & laborem ſuſtinemus & expenſis magnis adquieſcimus, vt non alicui noſtrorum ſubiectorum inferatur aliqua calumnia aut pecuniarum aut animæ perditio & quæ talia conſtituta ſunt, ſed omnia cum examinatione fiant competenti.

[l] *c. 3. § eod.*

## EPILOGVS.

¶ Hanc igitur omnes noſtram voluntatem per hanc præceptionem diuinam & legem cognoſcentes, & quia quod expedit vobis nullatenus derelinquimus, pro noſtro orate imperio, ſic vos tuente, ſic vos proprios exiſtimante, in his quæ in vnoquoque contigerint, ita paternā in omnibus vobis cuſtodiente prouidentiam. *Proponatur* Conſtantinopolitanis ciuibus noſtris. Dat. 10. Kal. Octo. Conſtantinopol. D N. Biliſario V. C. Conſ.*

# COLLATIO III.

## DE LENONIBVS [a].

### Tit. I.

### NOVELLA CONST. XIIII.

Imper. Iuſtinianus Auguſt. Conſtantinopolitanis.

### PRÆFATIO.

Et antiquis [b] legibus, & dudum imperantibus ſatis odibile [c] viſum eſt eſſe lenonum nomen & cauſam, in tantum vt etiā plurimæ contra [d] talia delinquentes ſcriberentur leges. Nos autem & dudum poſita contra eos qui ſic impiè agunt, ſupplicia auximus: & ſi quid relictum eſt à noſtris prædeceſſoribus, etiam hoc per alias correximus leges: & nuper interpellatione nobis facta rerum impiarum pro talibus negotijs in hac maxima ciuitate commiſſis, cauſam non deſpeximus. Agnouimus enim quoſdam viuere quidem illicitè: ex cauſis autem crudelibus & odioſis occaſionem ſibimet nefandorum inuenire lucrorum, & circumire prouincias & loca plurima, & iuuenculas miſerandas decipere promittentes [e] calceamenta & veſtimenta quædā: & his venari eas, & deducere ad hanc feliciſſimam ciuitatem: & habere conſtitutas in ſuis habitationib9: & cibum eis miſerandum dāre, & veſtem, & deinceps tradere ad luxuriam eas volentibus: & omnem quæſtum miſerabilem ex corpore earum accedentem ipſos accipere, & celebrare conſcriptiones [f], quia vſq; ad tempus quod eis placuerit, obſeruabunt impiam & ſceleſtam hanc functionem implentes. Quaſdam verò earum etiam fideiuſſores expetere: & in tantum procedere illicitam actionem: vt in omni penè hac regia ciuitate, & in tranſmarinis eius locis, & (quod deterius eſt [g]) iuxta ſanctiſſima loca & venerabiles domos ſint tales habitationes: & cauſæ ſic impiæ & iniquæ ſub noſtris temporibus præſumantur: ita vt etiam quoſdam miſerantes earum & abducere à tali operatione crebrò volentes & ad legitimum deducere matrimonium, non ſinerent. Aliquos autem ſic ſceleſtos exiſtere, vt puellas nec [h] decimum agentes annum ad periculoſam deponerent corruptionem: & quoſdam aurum dantes non paruum, vix inde redemiſſe miſeras, & nuptijs copulaſſe caſtis. Eſſe etiam decies mille modos, quos nullus præualeret ſermo comprehendere: cùm ad infinitam crudelitatem deductum ſit tale malum: ita vt primùm quidem in vltimis partibus ciuitatis eſſet, nunc autem & ipſa, & quæ circa eam ſunt, omnia plena talium ſint malorum. Hoc igitur dudum quidem aliquis nobis ſecrete [i] denuntiauit: deinde etiam nuper magnificentiſſimi prætores à nobis talia inquirere [k] pręcepti, hæc eadem ad nos retulerunt: moxque audiuimus & iudicauimus oportere Deo huiuſmodi commendare cauſam, & velociter liberare tali ſcelere ciuitatem. 1 ¶ Sancimus igitur omnes quidem, ſecundum quod poſſunt, caſtitatem [l] agere: quæ [m] etiam ſola Deo cum fiducia potis eſt hominum animas præſentare. quia verò plurima ſunt humana: cum arte & dolo & neceſſitate quaslibet talium ad luxuriam deduci omnibus prohibemus modis, & nulli fiduciam eſſe paſcere [n] meretricem, & in domo habere mulieres, aut publicè proſtituere ad luxuriam, & pro alio quodam negocio talia mercari: neque conſcriptiones [o] ſuper hoc percipere, neque fideiuſſores exigere: nec tale aliquid agere, quod cogat miſeras & inuitas [p] ſuam caſtitatem confundere:

* tollendis ſc. Iulian. *conſtit.* 31. huc refer 60. *Ecl.* 38. *περὶ πορνοβοσκῶν* v. Petrū Gregoriū 36. *ſyntag.* 11.
[a] lege Iulia *l. 2. §. 2. ff. de adult.*
[b] §. §. 1. ĵ. *eod.*
[c] ſunt. n. infames *l. 4. §. 2. ff. de his qui notant. l. 43. §. 7. ff. de ritu.*
[d] eiſdem Conſtantinus liquenti plumbo meatus oris & fauciū, vt nefariorū hortatorib9, claudi iuſſit *l. 1. C. Theod. de raptu virg.* De pœna parentis aut domini, lenonis filiæ vel ancillæ §. *l. 12. C. de epiſcopis: l. 6. C. de ſpectaculis.* Maritus leno vxoris vt puniatur vide legem 2. §. 3. *ff. de adul.* certè. Morte hac conſtitutione an puniri iubentur lenones §. §. 1. ĵ. *eod.*
[e] Lenonū inſidiæ.
[f] Inſtrumēta cōtra bonos mores apud Lenonem interpoſita, nullius ſint momenti.
[g] Creſcit lenocinij grauitas ex vicinia.
[h] Lenonū ſcelus augetur, quo iunior eſt quæ decipitur.
[i] Intereſt principis ſecretos habere ſcelerum nunciatores.
[k] Principes prætorib. vſi in inquirēdis ſceleribus.
[l] Caſtitas, ne dum animorum, ſed & corporum, laudabilis.
[m] laus caſtitatis. [n] hinc lenones πορνοβοσκοὶ. [o] .i. inſtrumenta, obligationes. [p] Præſumuntur facilè inuitæ peccare, cùm ita à lenonib. detinentur. alias, ne inuita quidē Lucretia, opinione Hieronymi, ſtuprum paſſa eſt.

neque